DE ANTIQVIS WESTPHALIÆ COLONIS Commentarius.

Auctus, & locupletatus Notis marginalibus.

Editio secunda, priori correctior.

Authore

JOHANNI NEUWALDO Lemgoviensi.







OSNABRUGI.

Apud Johannem Georgium Schwänderum. *Anno* M. DC. LXXIV.

PROOEMIUM AUCTORIS.



Ogitanti mihi magnifico & splendido quopiam munere patriam pro meritis in me collatis maximis remunerari, præclarum & gloriosum quidem visum est, ab omni rubigine & situ perpurgare ac vindicare nostræ patriæ antiquitates, easque omnibus larium suorum studiosis, & amantibus, ante oculos ponere, opus tamen labore non vacare, perspiciebam. Tanta enim hic obscuritas & tenebræ, ut vix se quisquam inde expedire, nisi circumspectus & cautus admodum, posse credatur. Tantis denique res implicita involveris, ut horrens censuram ac judicium doctorum, haud injuria confiteri cogatur, conjecturis & divinationibus potius, quam certis & evidentibus assertionibus utendum. Idcirco etiam candidi atque ingenui, sicubi rem acu non tetigerimus, veniam dabunt. Nam ut libere professionem nostri animi declaremus, quis ea vetusta-

[illegible], qui hæc loca lustraverit? Quis tam diligens antiquitatis Observator, ut quicquam literis mandaverit? Tantum abest, ut liceat nobis non dubitanter pronunciare, remque definire. Legimus quidem in veteri Romana historia, Celtas, quibus & Germanos Græci comprehenderunt, item Gallos, quo vocabulo prisci Romani itidem Germanos amplexi sunt, aliquoties patria se commovisse, atque in Galliam demigrasse; Verum, quibus ex partibus & regionibus, discesserint, non additur. Fluviorum quidem præcipuorum meminerunt Græci, oblique seu recte etiam accolas notârunt, at diserta loca non descripserunt. Quod magnum est argumentum, hanc longinquiorem terram, ipsis exploratam non fuisse.

D. Græcis nunc nihil disputo, quibus interpellati impedimentis hæc loca non peragraverint. Nam eos, non tantum libido dominandi, & regni pomœria proferendi dilatandiq; tenuit, sed magis mirifica quædam cupiditas & fervor liberales divinasq; artes aucupandi. Sicuti in summis & laudatissimis græcarum Rerumpublicarum gubernatoribus Principibusq; planius, quasi speculo conspici licet. Non enim omnem in Republ. commode administranda, industriam, curam, & vigilias consumserunt, verum etiam aliquid otii rerum [illegible] [illegible] benignam indagation[illegible] [illegible] tationi dederunt. Cum ergo [illegible] in his [illegible]

[illegible] ver-

verisimile arbitror) extrema barbaries grassaretur, vel loca inculta, horrida & inaccessa, aditum denegarent, quis dubitat, cane pejus & angue ab his formidolosis claustris abhorruisse, nec bello petiisse, nec lustrandi causa pedibus obiisse? Habebant enim Ægyptum omnium disciplinarum matrem & alumnam, habebant similiter in cōfinus, à quibus bello lacesserentur: Quocirca invenimus illò duntaxat discendi causa confluxisse, armisque intra suos terminos distractos divexatosq; fuisse. Exquiramus cur Romani tam diu pacatam ac tranquillam Germaniam reliquerint, quippe quibus propior esset. Etsi etiam aliquoties ultrò ipsis bellum intulerunt, utquando urbem Romam flamma deleverunt, & ante etiam (ut Livius docet) in Italiam irruperunt, cum bello Punico confecto, ad Insubres & Bojos defendendos incurrerunt, cum Cymbri conjunctis Teutonibus ac Ambronibus octennium eos armis infestarunt, tamen omnem hanc sui ulciscendi occasionem neglexerunt, vel quod aliis bellis occupati, hoc nequaquam se implicandos censerent, vel quod fata alii cuipiam insigni & heroico viro has partes reservarent. Epit. lib. 67. & 68.

Inde namque usque ab urbis ortu ad solem orientem (vicinis regionibus edomitis) bella gesserunt nec unquam ad regna Occidentis & Septentrionis invadenda, subjugandaque animum adjecerunt.

 Cujus

Cujus rei hęc causa fuisse videtur, quod longè cultior, hominibusque frequentior esset orientis plaga, parumper in meridiem inflexa. Deinceps etiam quoniam [illegible]iora summa imperia ad ortum solis florerent, cum quibus de principatu Romanis dimicandum foret. Gręcorum enim colonię multò ante jam in Italiam deductę fuerant, unde & Magna Gręcia, quam tantoperè omnibus ferme locis propter doctorum virorum procreationem Cicero laudibus effert. Romani verò Grecis imperii summā ademptam ad se transferebant. Ex quo cuivis perspicuum & manifestum esse potest, majorem belli molem in orientem invitasse & accersivisse; Cumq; affectarent totius orbis dominatum prius abrogandum illis, qui imperium obtinebant. Tandem igitur C. Cęsar vir non minore animi magnitudine, quam industria, solertia & consilio, ab aliis nunquam attentata bella aggressus, & in Occidentem sibi patefacere ingressum molitus est. Huic enim cum Celticæ provinciæ administratio concredita foret, omnes cogitationes, nervos animi pariterque corporis eò intendit, quo Spartam nactam adornaret, reliquamque Galliam quæ sui juris erat, Romano imperio adjiceret, quod etiam summis vigiliis, laboribus, consilio & prudentia perfectum est. Non secus enim quam Alexander Magnus januam ad exorientem solem reclusit, & patefecit, C. Cæsar obeuntis solis claustra bello & ar-

mis perfregit, aperuitque. Unde apparet, quam serò hæc ora Romanis innotuerit. Jam inventam atque prolatam causam existimo; cur nusquam in veterum monumentis mentio harum terrarum fiat. Non enim tanti momenti est, quod Pausanias de Celtis meminit, quos Brennus ex Pannonia in Græciam, & Macedoniam, posteaque in Asiam duxit, ut memorabile quid ex eo in medium produci possit. Etsi verò multa de illis (quos Germanos fuisse ex ejus narratione perspici licet) tamẽ ipsemet exquisitam eorum originem ignorasse videtur. Hinc igitur ista obscuritas: hinc illa ignoratio à memoria nostra remotissimæ vetustatis nostræ patriæ, quod nec Gręcia, nec Roma, hęc loca contemplatę sunt, quę optimos & nobilissimos quosque generere scriptores, quorum sempiternis monumentis nostros penates celebrari, oportuerat. Cum igitur ad scriptores, neq; Græcos neq; Romanos, per bellicas expeditiones, de ratione Germaniæ quicquam permanaret, nec ullos ipsa ederet, cum nimirum teterrima barbarie deformis & fœda squaleret) cuilibet planum & perspicuum fit, quamobrem tardius, & quasi ambagibus inetam studio declinantes, rem ipsam aggrediamur, longioreque præfatione nobis viam sternamus & præmuniamus. Unicum tamen nobis Krantzius obtrudit, nescio quẽ Saxonem Silandicum Grammaticum cujus sanè non immeritò dubitari queat, utrum scriptis fides in Atticis & Phocic.

 haben-

habenda sit. Tam longè retrò primordia gentis Saxonicæ orditur, narratq; inter hanc & Danos annis ante Christum natum mille, belligeratum. Cum apertè & dilucide demonstrari ex continuatione historiarum possit, nusquam neutrius gentis appellationem inveniri, præsertim in hisce locis, quæ jam obtinent.

Constat enim ad Istrum Dacos, in Asia Sacarum gentem, unde Saxones sine dubio manarunt, collocari. Cæterum fide non caret, tot annis antequam susciperetur & ederetur in lucem Christus, hanc plagam incultam & desertam extitisse, quam propter cœli gravitatem, solique sterilitatem exteræ gentes non applicuêre. Quapropter non erubesco palam profiteri, hæc ipsa Saxonis Silandici esse commentitia & fabulosa. Quoniam vel ex Ptolomæo sine negotio refellere & convincere ipsum possemus, qui primus Saxonum nomen enunciat: & idem attingens Cymbros, Danos præterit, cum paulò pòst in regno, quod jam obtinent, percrebescerent. At non erat hujus à nobis instituta confutatio, redeat, unde aberravit, oratio. Primus C. Cæsar ad hæc loca aspiravit, & aliquantulum lustravit, ut non inficias eam, bellicosos & strenuos viros in hac ora degisse ante etiam, sed quia memoriæ testibus, scriptoribus destituti sunt,
lib. 4 od. 9. obscura eorũ nomina evanuisse. Scite namq; Horatius;

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, sed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotique longa
Morte, carent quia vate sacro

A. C. Cæsare verò Augustus in ipsa meditullia Germaniæ penetravit, accuratiusque per suos duces & imperatores perlustravit, Inde cæteri successores, nunc longiùs ingressi, perdomuerunt, nunc rebellione & contumacia gentis, freni externi impatientis, rejecti & repulsi, non procul à cæteri limite, terminos propugnaculis, præsidiisque firmatos, fixerunt. Cernis itaque, syncere & candide lector, non ab equo Trojano, ut dici solet, vel arca Noë, sive rolle annis (ut quidem facit Silandicus) ante adventum in carnem Christi, exordium nobis capiendum; sed à C. Cæsaris commemoratione; veterum autem si quicquam conjecturis de his nationibus probabile investigari possit [illegible] obscura, & involuta, ad cujus illustrationem aperta adjumenta non suppeditant, potissimè ratiocinationibus ex conjecturis depromptis, insistendum judico. Deinde adhibebimus etiam Ptolomæum, Plinium, qui incolas Germaniæ non prætermiserunt. Postremò Tacitum, ut qui omnium accuratissime & studiosissimè, quippe vicinæ Galliæ Belgicæ Brabantiæ & Flandriæ præfectus Germaniam depinxit. [illegible]

Hi autem omnes, quamvis planè & express[illegible] non o-ſtendant loca, tamen ex ipſorum populorum diſtincti-one, quoad ejus fieri poteſt, aliquid quod non omnin[illegible] cum ratione pugnet, eruemus atque in apricum profe-remus. Et cum Sphyngis inſtar, Labyrinthique ſufc[illegible]ptum opus ſe habeat, certè quodam Oedipo, & ferè virgula divina opus erit, cumque immenſus quidam labor appareat, Herculeę admovendę manus, quibus tandem omnis difficultas excutietur, omnisque mo-leſtia (quę certè in re tam intricata & perplexa ineſt) devoretur.

Experiamur itaque quantum noſtri ingenii vires hac in parte valeant, & priſcos Weſtphalię colonos diſtinctè exquiramus.

CAPUT

CAPUT I.

De limitibus Westphaliæ.

PRincipiò verò de limitibus, quibus Westphalia terminatur, dicendum erit: Certum namque, certis finibus distinctum, definire nos oportet locum, cui gentes, quarum conquirendarum gratia hunc laborem suscepimus includamus. Ac certè non levis, nec exiguus scrupulus, hic primo ingressu dubitationi [illegible], quem ejus terminum ab obitu solis ponamus, de reliquarum enim partium, non ita obscura, nec ambigua ratio esse videtur. Ut autem cuivis causa dubitandi perspecta cognitaque sit, a capite rem omnem arcessam. Non convenire inter priscos scriptores de ostiis Rheni nemo mediocriter in historiis versatus, ignorat. Virgilius quidem bicornem *octavo Æneidos* appellat, ubi ait, [a] [a] v.727.

Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis.

Longo intervallo hunc sequutus *Claudianus* ejusdem est opinionis, scribit enim.

------- Te Cymbrica Tethys
Divisum bifido consumit Rheno meatu.

Plinius libro 4. cap. 15. Helium ac Flevum ostia memorat. C. Cæsar [b] alterum, quod Mosam recipit Vacalon, quem hodie Valin vocant: Alterum verò neutiquam nominat, olim Rhenum, [b] *de Bell. Gall. l.4.*

 ut

ut quidam putant, nunc Leccæ nomen habet, Pomponius Mela & Cornelius Tacitus nomina transmutant, Sic enim
a lib.3.c.2 Mela [a], ubi de originis loco exposuit, subjungit, *Sed ad sinistrum amnis etiam tum, & donec effluat, Rhenus ad dextram primo angustus & sui similis, post ripis longè ac latè recedentibus, jam non amnis sed ingens lacus, ut campos implevit, Flevo dicitur, ejusdemque nominis insulam amplexus, iterum iterumque arctior fluvius emittitur.* Hæc Mela. Quod si usitato & trito modo Rom. scriptoribus, verbis (sinistri & dextri) utitur, consequens erit, Valim Rheni alterum vero ostium, Flevum ab ipso intelligi. Dextri enim appellatione Germanicum, sinistri Gallicum latus designatur, quatenus Rheni trans citraque ripæ spectantur. Sicut è diverso, si Danubii latera considerentur per sinistrum, Germanicum, per dextrum, Romanum significatur. *Tacitus* verò libro Au-
b lib.2. c.6. gustæ historiæ secundo sic scriptum [b] reliquit. *Rhenus uno alveo continuus, haud modicas insulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur, servatque nomen & violentiam cursus, qua Germaniam prævehitur, donec Oceano misceatur, ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verso cognomento Vahalim accolæ dicunt, mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, ejusque immenso ore in Oceanum effunditur.* Hæc *Taciti* narratio *Pomponio* adversatur, affirmat enim Aquilonare ostium, Rheni nomen habere, alterum Gallicum Vahalim dictitatum, quod Cæsar Vacalon, sive (ut alia exemplaria indicant) Valin vocat. Ex quibus omnibus perspicitur, duas esse duntaxat Rheni (ut Cæsar loquitur) partes, vel (ut Poetæ) brachia, quorum, ut ex rotunda nunimeque lubrica Cornelii commemoratione planum fecimus, quod magis in Septentrionem deflectit, Rheni cognomen retinet asservatque, ut & ex Cæsaris historia colligitur. Verum enimverò jam animadvertendum est, veterem Germaniæ limitem, quo hæc à Gallis disterminatur,

tur, à Cæsare Rhenum prodi & constitui. Qui Tacitus *a 24 Germa.* [illegible] distinctionem sequutus, accedit. Quid igitur? cogitabis; Tertium brachium, Isalæ nomine omnibus hodie [illegible], eo tempore occultum fuit? inaccessum? non lustratum? toto orbe incognitum? ab omnibus passus prætermissum? literis & memoriæ ut traderetur indignum. Non obscurè profectò ex ipsorum monumentis intelligi potest, prorsus ab illis ignoratum. Quid ergò de hac quæstione dicemus? quid [illegible] quid conjectura probabile pervestigabimus? Sed dissolvit hunc nodum vir solers, & assiduus in ejusmodi scrupulosis ac occultis rebus enodandis D. *Henricus Glareanus* in suis ad commentaria Cæsaris annotationibus, unde propter varietatem & venustatem, ejus verba ascribenda huc duxi. *Memini, inquit, ante annos duodecim* [illegible] *D. Erasmo ut ad Rheni ostia nato, autorum verba proposuissem, casu ei colloquio intervenisse ex Belgis virum eruditum, recens ex Italia profectum Antonium (cognomen quod vehementer doleo, non teneo) artis Medicæ professorem. Hic cum audiret, vacare me autorum tam varias opiniones de ostiorum Rheni, cum numero, tum nominibus, Glareane* ([illegible]) [illegible] *quid erres. Rem, si gratum tibi putes, brevibus expediam.* [illegible] [illegible]*, inquam. Tum ille, Tertium, inquit, Rheni ostium, quod hodie Isala dicitur, Ptolemæo, & nescio quibus aliis celebratum, id vero antiquitus non fuit, sed Drusi adversus Germanos bellantis jussu, fossa in mare deducta, factum est, ut munimentum adversus barbaros esset. Atque ideo Ptolemæo sunt tria Rheni ostia, quæ veteribus duo.* Hactenus doctissimus Glareanus. Quæ sanè omnem dubitationem evellunt, posset enim quis in dubium vocare, utrumne Rheni, an verò Isalæ ostio seu alveo, Germaniæ finis describendus. Etsi enim mandatu Drusi alveus quidam ex Rheno, per ipsa Germaniæ viscera, eductus est, nihilominus tamen prima vetustissi-

maque à Cæsare memoriæ tradita descriptio spectanda erit, ut quicquid Rheno & Isela comprehenditur, Germaniæ portio habeatur. Unde illud jam observari volumus, nos, vera germanaque Germaniæ limitis designatione, à Julio literis commendata, fretos, Rhenum, medii fluminis alveum, ab occasu nostræ Westphaliæ terminum decernere. Porrò quanquam prima fronte nobis refragari videatur, quod, cum primum Saxones a littore Baltico in interiores has terras involarent (quod post aliquantum temporis [illegible], a Angrivarios & Westphalos divisos constat) ad solem occidentem Amasi fluvio sint terminati. Francis scilicet ulteriora ad Rhenum tenentibus, tamen levius id est quam ut tantillum nostram impugnet assertionem. Imò potius adjuvat atque confirmat. Nam inde Francis in Galliam infusis, omnis eorum possessio, & tractus quem occupârant, Saxonibus cessit, atque ita etiam Sicambrorum regio. Nam & hanc a Franciscis cultam, inferius docebimus. Ex quo dextrò fit planum, non sine consilio & causa nos in limitis locatione, Isela transmisso Rhenum appellere, illiusque dextra ripa tanquam portu conquiescere & consistere. Horum enim terminis Sicambri conclusi penè fuerunt, ut etiamnum his interjectam Geldriæ partem, quam Sicambri incoluerunt, ferunt. Quamobrem licet hodierno tempore nomen Westphalorum tam latè non patere, opinio sit, tamen ex argumentis adductis liquidò liquet, quoniam Saxonum gens, Francis submotis, eò usque effusa est, non inconsultò nec temere nos Rheni fluvium nostræ nationis limitem, ab occidente sole definire. Cur enim nunc tanta sit nonnullarum ditionum, præsertim Rheno propinquiorum assumpta autoritas & præjudicium, ut se suo arbitratu atque opinione à veteri corpore divellant disjunguntve? Proinde velint nolint, patientur se ad pristinum statum reduci, ad pristinam conjunctionem cum capite, revocari:

Nec

Nec nobis ideo succensebunt, si quæ vetus [illegible] sit, in memoriam revocemus retexamusque. Quamvis nec nos fugiat, subinde mutationes in illis ipsis Rheni vicinitatibus invectas; Atqui volumus ipsum negotii primordium, hoc est, quando primum Saxones ea sibi domicilia pepererunt, & post aliquod intercapedine temporis cum Carolo Magno, ejusque majoribus, Carolo Martello ac Pipino strenuè pro patria provincia dimicârunt, intelligi. Nam & his eorum cervicibus impendentibus, aliisque post Carolum imperium gerentibus, suis se finibus continuerunt, Ita ut nullo pacto eorum successores, autores suos inficiari posse existimem. Sit ergo ad obeuntem solem constitutus Westphaliæ limes Rhenus, non Isela. Amplius jam nobis inquirendum restat, quos reliquis partibus præfinire terminos conveniat. Ab ortu itaque Visurgis, à septentrione Frisii & partim Visurgis, limitis loco habentur: Ad australem plagam Hessi, quos Cattos antiquitas appellavit, Westphalorum finitimi sunt. Positis ergo terminis, &, quibus circumscribenda sit Westphalia sepis, discusso, proximum est videamus, quos in hunc tractum colonos arcessamus & introducamus.

CAPUT II.

De vetustissimis Westphaliæ incolis.

Ostensum est paulò suprà C. Cæsaris acceptum referendum, quicquid quidem de Germania compertum habemus. Nam postquam is [illegible] virtutem & naturam expertus esset, quædam scitu [illegible] non indigna literis commendavit, in quibus non modo nostrorum majorum bellicum robur, verum etiam justitiam, [illegible]

 modo-

modestiam, & familiares mores continentiæ, & frugalitatis prædicat. Ab hoc antea etiam docuimus veteris Germaniæ limitem, prodi Rhenum amnem. Cum itaque ut doctis placet, à Septentrionis latere Vistula, Orientis, Albi fluvius, terminaretur, certè non ampliorem tractum comprehendisse, quam hodie Saxoniæ & Westphaliæ extremis oris concluditur, manifestum est. Complures autem, eæquè pervetustæ gentes, à Cornelio Tacito ac Ptolomæo in hoc tractu collocantur, è quibus legemus & proferemus eas saltem, quas probabilibus argumentis, quondam Westphaliæ agros excoluisse, ostendere facultas erit. Attamen, quoniam perspicio à Cæsare nonnullas commemorari antiquiores, quæ westphaliam quidem tenuêrunt; verum Taciti tempore in Belgicum transierunt (quæ causa esse videtur, quod à Tacito prætereantur) videbor temporum seriem (quę una in historiis methodus esse debet) sequutus, si à Cęsaris annotatis exordiū cepero, ad Tacitique ętatem deduxero. Rursus verò nonnullę gentes occurrunt, Cęsare quidem vetustiores, atque in hisce oris westphalię moratę, sed non perinde celebres notęque, ac antè ipsum fuerant. De his primo loco exponendum, post ad Cęsaris monumenta pervestiganda accedendum, novissimè ad Tacitum transeundum censeo. Sunt itaque quos Cęsaris tempora pręcurrere diximus, populi, Teutoni (sic enim Cęsar nominat) & Marsi, vel (ut Melanchthon vult) Ditmarsi. De his paucis explicemus. Primum post Celtarum obsoletum nomen (quod latissimè manasse, bonamque Germanię partem, Harcynio saltu, Oceano occidentis & Septentrionis circumseptam significasse, initio admonuimus) genti universę Teutonum appellationem attributam reperimus. Etsi enim non minus amplę latęque gentes eodem in his locis tempore dominatę sunt, singulari

guod tamen opinione virtutis, vel ortus nobilitate, vel antiquitatis admiratione, ab his in reliquas nomen dimanasse, verisimile est. Celtarum itaque generali vocabulo è memoria sublato, communi populorum consensu Teutonum ascitum, observandum est. Quas tamen nominum vicissitudines, quę admodum crebrę fuerunt & variæ, exterarum gentium usu, accidisse suspicor. Observavi namque quotiescunque nova Germaniæ pubes se extulerit, belloque famam aliquam peperent, continuò apud exteros ejus nomine universam Germaniam significatam. Quamobrem non invitus in eam ducor sententiam, ut statuam, Teutonum generale nomen omnibus assignatum esse, quod in celebritatem & existimationem rei militaris, & virtutis prę cęteros aliquam pervenissent. Prima eorum mentio fit in bello Cymbrico, quod valde terribile ac formidabile Romanis fuisse, graves ejus narrationes, quæ apud Tacitum *a*, Vellejum *b*, quē priore loco quod vetustior sit, nominare debebam, Florum *c*, aliosq; extant, contestantur. Ac tanti ejus memoriā facit Tacitus *d*, ut nominatim urbis annum ascripserit, *sexcentesimum*, inquit, *& quadragesimum annum Urbs nostra agebat, cum primùm Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello & Papirio Carbone Coss.* ubi multa præclarè in laudem Germanorum disseruntur. Suffragatur huic Vellejus Paterculus *e*, qui regnante Tyberio vixit, ejusdemq; præfectus equitum fuit, de Metellis fratribus loquens, qui uno die triumpharunt, *Tum*, ait, *Cimbri & Teutoni transcendere Rhenum, multis mox nostris, suisque cladibus nobiles.* Transrhenanos utrosq; fuisse hinc perspicuum est. Quemadmodum igitur Galliam invaserint aperiendum; de sedibus namq; postmodū accuratius & studiosius exponere & exquirere deliberatū est. Quæ causæ Germanis Galliā captandi fuerint, Cerialis apud Tacitū *f* nō obscurè Galliam

a d. M G. c. 37.
b l. 2. c. 8
c l. 3 c. 3
c l. 3 c. 8
d. M. G. c. 37.
e lib. 2. c. 8.
f Histor. 4. c. 74.

Galliam appellans, indicat, ubi dicit. *Eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias libido, atque avaritia, & mutandæ sedis amor, ut relictis paludibus & solitudinibus suis, fœcundissimum hoc solum, vosque ipsos possiderent.* Hinc Beatus Rhenatus [a] *Cimbros, Teutonesque e Germania veteri in Galliam bonitate agri illectos arbitratur, exitiarum nimirum sedium, ad mare Germanicum prope Saxonas, pertæsos. Proinde, fallo per Chaucos & Frisios itinere, trans Rhenum in ultimis Gallicarum oris consedisse.* Ex quibus cur cimus excedere coacti sint, Florus, explanat, quod scilicet Oceanus ipsorum terras inundârit, quod multi perperam de patriis ad mare Germanicum sedibus acceperunt. Inde itaque mole eluvionis ejecti Galliam peragrârunt ad Rhodanum usque ubi considere decreverant. Inter vagandum verò cum illis Tigurini Ambrones, Gallicæ nationes, & ipsæ suis laribus expulsæ, novasque sedes quæritantes, conjunctæ essent, virium copiarumque accessione ferociores, insolentioresque facti, terram à Romanis stipendii loco sibi dari postulârunt. Quod cum ipsis denegaretur, repulsamque passi essent, ferro & armis attentare legatos Romanorum animum induxerunt. Primum itaque Silanum consulem profligaverunt, qui & eodem prælio mortem oppetiit. Ab hujus Silani consulatu bellum hoc in annum octavum, ad consulatum Marii quintum, a quo reliqui Cimbrorum, Teutonum, & Ambronum concisi sunt, productum est. Anno ergò Urbis sexcentesimo, quadragesimo nono, Manlius, & Servilius Cæpio, proconsules a Cimbris in faucibus Alpium fusi cæsique sunt, ac ceciderunt civium sociorumque Romanorum octoginta millia. Anno post funestam Cæpionis pugnam C. Marius consul secundùm designatus est, atque commissum est ei bellum Cimbricum, cujus rei Tacitus meminit, [b] & Vellejus [c] in eandē sententiam scribit, *Effusa, inquiens, ut prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, quùm Cæpionem, Manliumque consulem & ante*

[a] Germ. l. ... p. 34.

... 62.

[b] Germ. c. 37. [c] lib. ...

& ante Carbonem, Silanumque fudissent fugassentque in Galliis, & concussent exercitu, Scaurumque Aurelium Cos: & alios celeberrimi nominis viros trucidassent, populus Romanus, non alium repellendis tantis hostibus, magis idoneum Imperatorem, quam Marium est ratus. Tum multiplicati consulatus eius. Tertius in apparatu belli consumptus. Quarto trans alpes circa aquas Sextias cum Teutonis conflixit, amplius C. L. M. priore ac postero die ab eo trucidatis, gensque excisa Teutonum, quinto circa Alpes, in campis quibus nomen erat Raudis. Hæc ex Paterculo. Marius Imperatorium nomen & potestatem assequutus, non è vestigio signa contulit, verum admonitus a quadam vate, Martha nomine (quam Philippus Iudæam fuisse arbitratur) post biennium demum cum Teutonibus & Ambronibus ad aquas Sextias, provinciæ Galliæ oppidum, conflixit, in qua pugna bis centena millia hostium strata sunt, & nonaginta millia capta. Hi in Galliam penetrarant, cum interim Cimbri per Noricum in Italiam introrent, copias Catuli ab alpium aditu propellerent, atque ad Athesim fluvium castra metarentur.] Quo celeriter Marius contendit, suumque exercitum cum Catuli copulans, centies quadraginta millia & sexaginta Cimbrorum ad fines Insubriæ trucidavit. Huc illa D. Hieronymi oratio pertinet, quando in epistola ad Gerontiam scribit his verbis. *Gens Teutonum ex ultimis Gallorum, Oceani, atque Germaniæ profecta littoribus omnem Galliam inundavit, sæpius cæsis Romanis exercitibus apud aquas Sextias, Mario pugnante superata est.* Hanc etiam historiam Claudiani a versus ad Stiliconem spectant. a de Bell. German. 290.

Sæpe lacessitam sed non impune fatemur
Ausoniam. Hæc Senonum restrinxit sanguine flammas,
Hæc & Teutonico quondam patefacta furori
Colla catenati vidit squallentia Cimbri.

Hæc fortuna nostros maiores in Gallus peregrinantes excepit. Iam verò illud silentio prætereundum non est, ne ex parte

habenda sit. Tam longè retrò primordia gentis Saxonicæ orditur, narratq; inter hanc & Danos annis ante Christum natum mille, belligeratum. Cum apertè & dilucide demonstrari ex continuatione historiarum possit, nusquam neutrius gentis appellationem inveniri, præsertim in hisce locis, quæ jam obtinent.

Constat enim ad Istrum Dacos, in Asia Sacarum gentem, unde Saxones sine dubio manarunt, collocari. Cæterum fide non caret, tot annis antequam susciperetur & ederetur in lucem Christus, hanc plagam incultam & desertam extitisse, quam propter cœli gravitatem, solique sterilitatem exteræ gentes non applicuêre. Quapropter non erubesco palam profiteri, hæc ipsa Saxonis Silandici esse commentitia & fabulosa. Quoniam vel ex Ptolomæo sine negotio refellere & convincere ipsum possemus, qui primus Saxonum nomen enunciat: & idem attingens Cymbros, Danos præterit, cum paulò pòst in regno, quod jam obtinent, percrebescerent. At non erat ejus à nobis instituta confutatio, redeat, unde aberravit, oratio. Primus C. Cæsar ad hæc loca aspiravit, & aliquantulum lustravit, ut non inficias eam, bellicosos & strenuos viros in hac ora degisse ante etiam, sed quia memoriæ testibus, scriptoribus destituti sunt,
Lib. 4 od. 9. obscura eorũ nomina evanuisse. Scitè namq; Horatius,

Vix

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, sed omnes illacrymabiles
Urgentur, ignotique longa
Morte, carent quia vate sacro

A. C. Cæsare verò Augustus in ipsa meditullia Germaniæ penetravit, accuratiusque per suos duces & imperatores perlustravit, Inde cæteri successores, nunc longiùs ingressi, perdomuerunt, nunc rebellione & contumacia gentis, freni externi impatientis, rejecti & repulsi, non procul à veteri limite, terminos propugnaculis, præsidiisque firmatos, fixerunt. Cernis itaque, syncere & candide lector, non ab equo Trojano, ut dici solet, vel arca Noe, sive mille annis (ut quidem facit Islandicus) ante adventum in carnem Christi, exordiendum nobis esse, sed à C. Cæsaris [illegible] tione, veterum [illegible] si quicquam con[illegible] nationibus probabile investigari possit. [illegible] obscura & involuta, ad cujus illustrationem aperta adjumenta non suppeditant, potissimè ratiocinationibus & ex conjecturis depromptis, insistendum judico. Deinde adhibebimus etiam Ptolomæum, Plinium, qui incolas Germaniæ non prætermiserunt. Potissimùm Tacitum, ut qui omnium accuratissimè & studiosissimè, quippe vicinæ Galliæ Belgicæ Brabantiæ & Flandriæ præfectus Germaniam depinxit.

[illegible]

Hi autem omnes, quamvis planè & expressè non ostendant loca, tamen ex ipsorum populorum distinctione, quoad ejus fieri potest, aliquid quod non omnino cum ratione pugnet, eruemus atque in apricum proferemus. Et cum Sphyngis instar, Labyrinthique susceptum opus se habeat, certe quodam Oedipo, & ferè virgula divina opus erit, cumque immensus quidam labor appareat, Herculeę admovendę manus, quibus tandem omnis difficultas excutietur, omnisque molestia (quę certè in re tam intricata & perplexa inest) devoretur.

Experiamur itaque quantum nostri ingenii vires hac in parte valeant, & priscos Westphalię colonos distinctè exquiramus.

CAPUT.

CAPUT I.

De limitibus Westphaliæ.

PRincipiò verò de limitibus, quibus Westphalia terminatur, dicendum erit: Certum namque, certis finibus distinctum, definire nos oportet locum, cuius gentes, quarum conquirendarum gratia hunc laborem suscepimus, includamus. Ac certe non levis, nec exiguus scrupulus hic primo ingressu dubitationem injicit, quem ejus terminum ab obitu solis ponamus, de reliquarum enim partium, non ita obscura, nec ambigua ratio esse videtur. Ut autem cuivis causa dubitandi perspecta cognitaque sit, a capite rem omnem arcessam. Non convenire inter priscos scriptores de ostiis Rheni nemo mediocriter in historiis versatus, ignorat. Virgilius quidem bicornem octavo *Æneidos* appellat, ubi ait, [a] a 8. Æn.

Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis.

Longo intervallo hunc sequutus *Claudianus* ejusdem est opinionis, scribit enim.

------- Te Cymbrica Tethys
Divisum bifido consumit Rheno meatu,

Plinius libro 4. cap. 15. Helium ac Flevum ostia memorat. C. Cæsar [b] alterum, quod Mosam recipit Vacalon, quem hodie b 4 Bell. Gall. 4.
Valim vocant. Alterum verò neutiquam nominat, olim Rhenum,

 ut

ut quidam putant, nunc Leccæ nomen habet. Pomponius Mela & Cornelius Tacitus nomina transmutant. Sic enim
a lib.3.c.2 Mela [a], ubi de originis loco exposuit, subjungit, *Sed ad sinistrum amnis etiam tum, & donec effluat, Rhenus: ad dextram primo angustus & sui similis, post ripis longè ac latè recedentibus, jam non amnis sed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur, ejusdemque nominis insulam amplexus, iterum itemque arctior fluvius emittitur.* Hæc Mela. Quod si usitato & trito modo Rom. scriptoribus, verbis (sinistri & dextri) [illegible], consequens erit, Vahalim Rheni, alterum verò ostium, Flevum ab ipso intelligi. Dextri enim appellatione Germanicum, sinistri Gallicum latus designatur, quatenus Rheni trans utraque ripæ spectantur. Sicut è diverso, si Danubii latera considerentur per sinistrum, Germanicum, per dextrum, Romanum significatur. *Tacitus* verò libro
b 2.Ann. c.6. Augustæ historiæ secundo sic scriptum [b] reliquit, *Rhenus uno alveo continuus, haud modicas insulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur, servatque nomen & violentiam cursus, qua Germaniam prætervehitur, donec Oceano misceatur, ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verso cognomento Vahalim accolæ dicunt, mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, ejusque immenso ore in Oceanum effunditur.* Hæc Taciti narratio Pomponii adversatur, affirmat enim Aquilonare ostium, Rheni nomen habere, alterum Gallicum Vahalim dictitatum, quod Cæsar Vacalon, sive (ut alia exemplaria indicant) Vahalim vocat. Ex quibus omnibus perspicitur, duas esse duntaxat Rheni (ut Cæsar loquitur) partes, vel (ut Poetæ) brachia, quorum, ut ex rotunda minimeque lubrica Cornelii commemoratione planum fecimus, quod magis in Septentrionem deflectit, Rheni cognomen retinet asservatque, ut & ex Cæsaris historia colligitur. Verum enimverò jam animadvertendum est, veterem Germaniæ limitem, quo hæc à Gallus disterminatur,

tur, à C. Cæsare Rhenum prodi & constitui. Qui Tacitus a, a 14. German.
veterem distinctionem sequutus, accedit. Quid igitur? cogitat aliquis, Tertium brachium, Iselæ nomine omnibus hodie notissimum, eo tempore occultum fuit? inaccessum? non lustratum? toto orbe incognitum? ab omnibus priscis prætermissum? literis & memoriæ ut traderetur, indignum. Non obscurè profecto ex ipsorum monumentis intelligi potest, prorsus ab illis ignoratum. Quid ergò de hac quæstione dicemus? quid divinabimus? quid conjectura probabile pervestigabimus? Sed dissolvit hunc nodum vir solers, & assiduus in ejusmodi scrupulosis ac occultis rebus enodandis D. *Henricus Glareanus* in suis ad commentaria Cæsaris annotationibus, unde propter varietatem & venustatem, ejus verba ascribenda huc duxi. *Memini, inquit, ante annos duodecim cum ea de re, D. Erasmo ut ad Rheni ostia nam, autorum verba proposuissem, casu ei colloquio intervenisse ex Belgis virum eruditum, recens ex Italia profectum Amsterodam (cognomen quod vehementer doleo, non teneo) ac iis [illegible] professorem. Hic cum audiret, vacare me autoribus iam varias opiniones de ostiorum Rheni, cum numero, tum nominibus, Glareane (ubi inquit) video quid erres. Rem, si gratum tibi putes, brevibus expediam. [illegible] percupio, inquam. Tum ille, Tertium, inquit, Rheni ostium, quod hodie Isala dicitur, Ptolomeo, & nescio quibus aliis celebratum, id vero antiquitus non fuit, sed Drusi adversus Germanos bellantis jussu, fossa in mare deducta, factum est, ut munimentum adversus barbaros esset. Atque ideo Ptolomeo sunt tria Rheni ostia, quæ veteribus duo.* Hactenus doctissimus Glareanus. Quæ sanè omnem dubitationem evellunt, posset enim quis in dubium vocare, utrumne Rheni, an verò Iselæ ostio seu alveo, Germaniæ finis describendus. Etsi enim mandatu Drusi alveus quidam ex Rheno, per ipsa Germaniæ viscera, [illegible] est, nihilominus tamen prima vetustissi-

maque à Cæsare memoriæ tradita descriptio [illegible] est, ut quicquid Rheno & Isela comprehenditur, Germ[illegible] portio habeatur. Unde illud jam observari volumus, nos, vera germanaque Germaniæ limitis designatione, à Julio literis commendata, fretos, Rheni, medii fluminis alveum, ab occasu nostræ Westphaliæ terminum decernere. Porrò [illegible] prima fronte nobis refragari videatur, quod, cum primum Saxones à littore Baltico in interiores has terras involarent [illegible] ostphalos & Westphalos divisos constat) ad solem occumbentem Amasi fluvio sint terminati, Francis scilicet ulteriora ad Rhenum tenentibus, tamen levius id est quam ut tantillum nostram impugnet assertionem. Imò potius adjuvat atque confirmat. Nam inde Francis in Galliam infusis, omnis eorum possessio, & tractus quem occupârant, Saxonibus cessit, atque ita etiam Sicambrorum regio. Nam & hanc à Francis cultam, inferius docebimus. Ex quo denuo fit [illegible] non sine consilio & causa nostri limitis locatione, [illegible] misso Rhenum appellere, illiusque dextra ripa [illegible] portu conquiescere & consistere. Horum enim terminis Sicambri conclusi penè fuerunt, ut etiamnum his interjectam Germaniæ partem, quam Sicambri incoluerunt ferunt. Quamobrem licet hodierno tempore nomen Westphalorum tam latè [illegible] patere, opinio sit, tamen ex argumentis adductis liquidò liquet, quoniam Saxonum gens, Francis submotis, eò usque effusa est, non inconsultò nec temere nos Rheni fluvium nostræ nationis limitem, ab occidente sole desiuire. Cur enim nunc tanta sit nonnullarum ditionum, præsertim Rheno propinquiorum assumpta autoritas & præjudicium, ut se suo arbitratu atque opinione a veteri corpore divellant disjungantve? Proinde velint nolint, patientur se ad pristinum statum reduci, ad pristinam conjunctionem cum capite, revocari.

Nec

Nec nobis idcirco succensebunt, si quæ vetus origo sit, in memoriam revocemus, retexamusque. Quamvis nec nos fugiat, subinde mutationes in illis ipsis Rheni vicinitatibus invectas; Atqui volumus ipsum negotii primordium, hoc est, quando primum Saxones ea sibi domicilia pepererunt, & post aliqua intercapedine temporis cum Carolo Magno, ejusque majoribus, Carolo Martello ac Pipino strenuè pro parta provincia dimicârunt, intelligi. Nam & his eorum cervicibus impendentibus, aliisque post Carolum imperium gerentibus, suis se finibus continuerunt, Ita ut nullo pacto eorum successores, autores suos inficiari posse existimem. Sit ergo ad obeuntem solem constitutus Westphaliæ limes Rhenus, non Isela. Amplius jam nobis inquirendum restat, quos reliquis partibus præfinire terminos conveniat. Ab ortu itaque Visurgis, à septentrione Frisii & partim Visurgis, limitis loco habentur. Ad australem plagam Hessi, quos Cattos antiquitas appellavit, Westphalorum finitimi sunt. Positis ergò terminis, & quibus circumscribenda sit Westphalia septis, discusso proximum est videamus, quos in hunc tractum colonos arcessamus & introducamus.

CAPUT II.

De vetustissimis Westphaliæ incolis.

Ostensum est paulò suprà C. Cæsari acceptum id omne referendum, quicquid quidem de Germania vetustatis compertum habemus. Nam postquam is bello ejus virtutem & naturam expertus esset, quædam scitu ac cognitu non indigna literis commendavit, in quibus non modo nostrorum majorum bellicum robur, verum etiam justitiam, mode-

modestiam, & familiares mores continentiæ, & frugalitatis prædicat. Ab hoc antea enim docuimus veteris Germaniæ limitem, prodi Rhenum amnem. Cum itaque ut doctis placet, à Septentrionis latere Vistula, Oceanus, Albi fluvis, terminaretur, certè non ampliorem tractum comprehendisse, quam hodie Saxoniæ & Westphaliæ extremis oris concluditur, manifestum est. Complures autem, eæque pervetustæ gentes, à Cornelio Tacito ac Ptolomæo in hoc tractu collocantur, è quibus legemus & proferemus eas saltem, quas probabilibus argumentis, quondam Westphaliæ agros excoluisse, ostendere facultas erit. Attamen, quorum perspicio à Cæsare nonnullas commemorari antiquiores, quæ Westphaliam quidem tenuêrunt, verum Taciti tempore in Belgicum transierunt (quæ causa esse videtur, quod à Tacito prætereantur) videbor temporum seriem (quę una in historiis methodus esse debet) sequutus, si à Cęsaris annotatis exordiū cepero, ad Tacitique ętatem deduxero. Rursus verò nonnullę gentes occurrunt, Cęsare quidem vetustiores, atque in hisce oris Westphalię moratę, sed non perinde celebres notęque, ac ante ipsum fuerant. De his primò loco exponendum, post ad Cęsaris monumenta pervestiganda accedendum, novissimè ad Tacitum transeundum censeo. Sunt itaque quos Cęsaris tempora precurrere diximus, populi, Teutoni (sic enim Cęsar nominat) & Marsi, vel (ut Melanchthon vult) Ditmarsi. De his paucis explicemus. Primum post Celtarum obsoletum nomen (quod latissimè manasse, bonamque Germanię partem, Harcynio saltu, Oceano occidentis & Septentrionis circum-septum significasse, initio admonuimus) genti universę Teutonum appellationem attributam reperimus. Etsi enim non minus amplę lateque gentes, eodem in his locis tempore dominatę sunt, singulari

gulari tamen opinione virtutis, vel ortus nobilitate vel antiquitatis admiratione, ab his in reliquas nomen dima-nasse, verisimile est. Celtarum itaque generali vocabulo memoria sublato, communi populorum consensu Teutonum assitum, observandum est. Quas tamen nominum vicissitudines, quę admodum crebrę fuerunt & varię, exterarum gentium usu, accidisse suspicor. Observavi namque quotiescunque nova Germanię pubes se extulerit, belloque famam aliquam peperent, continuò apud exteros ejus nomine universam Germaniam significatam. Quamobrem non invitus in eam ducor sententiam, ut statuam Teutonum generale nomen omnibus assignatum eò, quod in celebritatem & existimationem rei militaris, & virtutis preter cęteros aliquam pervenissent. Prima eorum mentio fit in bello Cymbrico, quod valde terribile ac formidabile Romanis fuisse, graves ejus narrationes, quæ apud Tacitum *a*, Vellejum *b*, quē priore loco quod vetustior sit, nominare debebam, Florum *c*, aliosq; extant, contestantur. Ac tanti ejus memoriā facit Tacitus *d*, ut nominatim urbis annum ascripserit, *sexcentesimum*, inquit, *& quadragesimum annum Vrbs nostra agebat, cum primùm Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello & Papirio Carbone Coss.* ubi multa præclarè in laudem Germanorum disseruntur. Suffragatur huic Vellejus Paterculus *e*, qui regnante Tyberio vixit, ejusdemq; præfectus equitum fuit, de Metellis fratribus loquens, qui uno die triumpharunt. *Tum, ait, Cimbri & Teutoni transcendere Rhenum, multis mox nostris, suisque cladibus nobiles.* Transrhenanos utrosq; fuisse hinc perspicuum est. Quemadmodum igitur Galliam invaserint aperiendum, de sedibus namq; postmodū accuratius & studiosius exponere & exquirere deliberatū est. Quæ causæ Germanis Galliā captandi fuerint, Cerealis apud Tacitū *f* nō obscurè Galliam

a d. M. G. c. 37.
b l. 2. c. 8. & 12.
c l. 3. c. 3.
d M. G. c. 37.
e lib. 2. c. 8.
f histor. 4. c. 74.

Galliam appellans, indicat, ubi dicit. *Eadem semper causa Germanis transcedendi in Gallias libido, atque avaritia, & mutandæ sedis amor, ut relictis paludibus & solitudinibus suis, fecundissimum hoc solum, vosque ipsos possiderent.* Hinc Beatus Rhenatus [a] *Cimbros, Teutonosque e Germania veteri in Galliam bonitate agri illectos autumat, agitatarum numerum sedium, ad mare Germanicum prope Saxonas, pertæsos. Proinde, facto per Chaucos & Frisios itinere, trans Rhenum in ultimis Gallicarum oris consedisse.* Ex quibus cur eius excedere coacti sint, Florus explanat, quod scilicet Oceanus ipsorum terras inundârit, quod multi perperam de patriis ad mare Germanicum sedibus acceperunt. Inde itaque mole eluvionis ejecti, Galliam peragrârunt ad Rhodanum usque ubi considere decreverant. Inter vagandum verò cum illis Tigurini Ambrones Gallicæ nationes, & ipsæ suis laribus expulsæ, novasque sedes quæritantes conjunctæ essent, virium copiarumque accessione ferociores, insolentioresque facti, terram à Romanis stipendii loco sibi dari postulârunt. Quod cum ipsis denegaretur, repulsamque passi essent, ferrò & armis attentare legatos Romanorum animum induxerunt. Primum itaque Silanum consulem profligaverunt, qui & eodem prælio mortem oppetiit. Ab hujus Silani consulatu bellum hoc in annum octavum, ad consulatum Marii quintum, à quo reliqui Cimbrorum, Teutonum, & Ambronum concisi sunt, productum est. Anno ergò Urbis sexcentesimo, quadragesimo nono, Manlius, & Servilius Cæpio, proconsules à Cimbris in faucibus Alpium fusi cæsique sunt, ac ceciderunt civium sociorumque Romanorum octoginta millia. Anno post funestam Cæpionis pugnam C. Marius consul secundùm designatus est, atque commissum est ei bellum Cimbricum, cujus rei Tacitus meminit, [b] & Vellejus [c] in eandem sententiam scribit, *Effusa, inquiens, ut prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, quum Cæpionem, Manliumque consules & aciem*

[a] Rer. Germ. l. 1. p. 34.

[b] Germ. c. 37. [c] lib. 2. [illegible]

& ante Carbonem, Silanumque fudissent fugassentque in Gallis, & exuissent exercitu, Scaurumque Aurelium Cos. & alios celeberrimi nominis viros trucidassent, populus Romanus, non alium repellendis tantis hostibus, magis idoneum Imperatorem, quam Marium est ratus. Tum multiplicati consulatus eius. Tertius in apparatu belli consumptus. Quarto trans alpes circa aquas Sextias cum Teutonis conflixit, amplius C. L. M. priore ac postero die ab eo trucidatis, gensque excisa Teutonum, quinto circa Alpes in campis quibus nomen erat Raudiis. Hæc ex Paterculo. Marius Imperatorium nomen & potestatem assequutus, non è vestigio signa contulit, verum admonitus à quadam vate, Martha nomine (quam Philippus Iudæam fuisse arbitratur) post biennium demum cum Teutonibus & Ambronibus ad aquas Sextias, provinciæ Galliæ oppidum, conflixit, in qua pugna bis centena millia hostium strata sunt, & nonaginta millia capta. Hi in Galliam penetrarant, cum interim Cimbri per Noricum in Italiam introirent, copias Catuli ab alpium aditu propellerent, atque ad Athesim fluvium castra metarentur. Quò celeriter Marius contendit, suumque exercitum cum Catuli copulans, centies quadraginta millia & sexaginta Cimbrorum ad fines Insubriæ trucidavit. Huc illa D. Hieronymi oratio pertinet, quando in epistola ad Gerontiam scribit his verbis *Gens Teutonum ex ultimis Gallorum, Oceani, atque Germaniæ profecta littoribus omnem Galliam inundavit, sæpius cæsis Romanis exercitibus apud aquas Sextias, Mario pugnante superata est.* Hanc etiam historiam Claudiani a versus ad Stiliconem spectant. a de Bell. Germ. 2, 290.

Sæpe lacessitam sed non impune furentur
Ausoniam. Hæc Senonum restinxit sanguine flammas,
Hæc & Teutonico quondam patefacta furori
Colla catenati vidit squallentia Cimbri.

Hæc fortuna nostros maiores in Gallus peregrinantes excepit. Iam verò illud silentio prætereundum non est, ne ex parte

Teutonum memoriam recoluisse videamur. Aduaticos utriusque gentis & Cimbrorum & Teutonum sobolem esse, D. Iulium *a* scriptum reliquisse. Secundo enim cōmentariorum præmissa Aduaticorum mentione supponit, *Ipsi erant ex Cimbris Teutonisque prognati, qui cum iter in provinciam nostram atque Italiam facerent, his impedimentis, quæ secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis, custodia ex suis ac præsidio sex millia hominum una reliquerunt. Hi post eorum obitum multos annos à finitimis exagitati, cum alias bellum inferrent, alias illatum defenderent consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt.* Quis autem is domicilii locus extiterit, inter eruditos controversum est. Quidam enim (sicuti Raimundus Marlianus *b* refert) populis regni Eburonum, hodie Leodiensium, finitimos, ac Nervus, nunc Tornacensibus, proximos asserunt, atque habuisse amplum, idque in præcelsis rupibus oppidum, forte nunc ut quorundam opinio fert, appellatum Beaumont, vicinum Thudinio in finibus Hannoniæ. Eosdem ex allusione vocabuli nonnulli crediderunt illos esse, qui Doyacum Atrebatensis Diœcesis oppidum, non longè ab urbe Cameraco distans, incolunt. Atqui probabilior conjectura est, quod Peucerus disertè affirmat, eos Aduaticos fuisse, qui hodierno die Gallicam Brabantiā, ubi oppidum Nivella est partemq; Hannoniæ circa Cannetum montem, & Binsium oppida Diœcesis Cameracensis finitimaque his loca extra Francorum regnum inhabitant, ubi locus quidam in vici formam redactus est ferè desertus, cuius nomen Gallica lingua veteri satis alludit, & monumenta adhuc quædam præclara vetustatis visuntur. Eiusmodi tempestates Teutonos iactārunt, talibus auspiciis patria avita exiērunt, hæc sors illos comitata est, non tamen sine admiratione, ne dicam stupore, Romæ urbis, non absque laude & sempiterna prædicatione virtutis, & magnitudinis animi. vix enim ullus Romanorum scriptorum fuit, qui non magnificè, pom-

a lib. 2. de B. Gall.

b Ind. Vet. Gall. loc. populorum & oppidorum C. [illegible] præm. in princ.

pompose & graviter, nec minus eleganter, horum præclarorum facinorum memoriam, suis æternis monumentis commendaverit. Reliquum nunc est, ut celeberrima, perpetuisque præconiis dignissima hæc gens, quibus Germaniæ partibus consederit, quodque Westphaliam aliquando incoluerit, doceamus. Krantzius in proœmio suæ Saxoniæ, se, Teutones Saxones fuisse, ex multis rebus contendere, ait. Id quod non dubitanter enunciandum, verum asseveranter confirmandum fuerat. Siquidem a Ptolomæo a non longe ab Albi inter Pharodenos & Suevos ponuntur. Sunt autem Pharodeni, quos Tacitus Suardones nominat, fortassis ad Suerinum cōmorati. Qui Suevi fuerint infrà uberius & copiosius exponendū. Ex sedibus itaque finitimorum colligi & confici posse apparet, Teutones ea loca inhabitasse, ubi nunc Prignitium & Episcopatus Havelburgensis; à Teutonis etiam Teutonoaros propugnatos verisimile est, qui inter Saxones & Suevos, ubi Rostochium hodie ac Wismaria jacent, collocantur. Non dissidet a Ptolomæo Pomponius Mela b qui Albi fluvio Cimbrisque Hermonibus & Sarmatis propinquos tradit. Constat autem vel ex Tacito c qui Oceano proximos scribit Cimbros Cimbricam Chersonesum, quæ vestigia nominis & gentis indicat, quam hodie Daciam sive Daniam dicunt, obtinuisse. Ab ortu verò Sarmatas, Germaniæ populos pressisse, æque notum & pervulgatum opinor. Ex quibus non obscurè perspici & intelligi potest, quæ tenuerint domicilia Teutones. Illud namq; quod Raimundus Marlianus d cōmentatus est, usum Teutonos credere qui Franciam & Bavariam, Germaniæ regiones inhabitent, eisque finitimas terras, vulgus verò citra & trans Danubium populos Teutonos appellare: Non speciatim ad gentem gentisque proprietatem pertinet, sed cum, ut antea dixi, Teutonum appellatio universis Ger-

a lib. 2 Geogr. cap. 11

b Lib. 3. c. 3.

c ad Morib. c. 37.

d sup. c. 8.

maniæ gentibus attributa esset. Quod verò asscribit, plures scriptum reliquisse, Teutones eos esse, qui trans Danubium ad dextram eius incolant, inter Alpes scilicet Italiæ imminentes & Danubii alveum incolentes, cum nugatorium & lubricum sit, nec ullius fide digni scriptoris autoritate fideque nitatur, repudiandum, ut alia pleraque commentitia, arbitror. Perspicuum est igitur Ptolomęi tempore, nomen quidem Teutonum, antiquarum sedium notitiam superfuisse, an etiam gentis reliquię extiterint vehementer dubito. Perexiguam enim memoriam in illis primus & vetustis ipsorum domiciliis fuisse apparet, cum migrationibus desolata & deserta hęc essent, misficeque in ipsis peregrinationibus confecta & consumpta gens ipsa, sensim quasi evanesceret. Cæterùm non injuria mirari quis posset, quo usu venisset tandem ut evidentiora vestigia in alieno solo quam patrio posteris sint tradita. In westphalia enim aliquot appellationes reliquæ sunt, non invenuste nec inscitè Teutonum nomen exprimentes. Ex quibus nō indisertè comprobabimus à Teutonis eam aliquando possessam. Probabile verò est, illorum portionem vel levandæ regionis, cultoribus nimis confertis oneratæ, causa, vel Svevorum vi & insolentia (qui quam latissimè agros desertos possidere summam gloriam putabant) pulsam, suis finibus excessisse, ac in westphaliæ eam partem quæ Rheno proxima est,

a lib. 2. Chrō Car. lib. 3. concessisse, Philippus namque Melanchthon *a* oram westphaliæ & Clivensem obtinuisse asseverat. Suspicor idcircò longius in westphaliæ extremam oram se contulisse, ut a Svevorum violentia & injuriis immunes essent. Postulat nunc locus, planius & apertius westphaliæ illos quondam agros excoluisse, approbemus. Cornelius itaque Tacitus *b* Teuto-

b Ann. 1. n. 60. burgum in westphalia collocat, ubi Quintilii Vari legiones ad internecionem concisæ sunt. Quæ verò huius loci vera vestigia sint ipsi regionis incolæ necdum satis exploratum habere

opi-

opinio est, complura enim loca hoc nomine ab illis appellantur. Sed cum libere, quisque quod sentit, enunciandi facultatem habeat, affirmarem equidem non ita longè à patria mea charissima abesse, à qua etiam non spatioso intervallo conflictus & pugnæ locus disjunctus est. Ac certè apud nostrates omnibus Teutoburgi appellatio in ore est. Nec etiam in hac vicinia, qua Quintilius occubuit, alibi vestigia monstrari possunt. Nec ab hac voce discordat Dusberck, non tamen eò pugnæ eventum referimus. At quoniam tanta est horum verborum affinitas, non absonum est, sedem antiquã Teutonis in hac ora assignare. Accedit eodem etiam nomen suburbii ad Coloniam Deusch, quod hinc manasse vulgaris opinio est. Etsi Coloniensium annales secus tradant, dictum Tuitium à tuendo, sed hac de re inferius tractabitur exquisitius. Cæterum unde nominis notatio, & gentis origo fluxerit, communem Hebræorum sententiam esse Philippus *a* docet, *a l. sup. cit.* ab Ascanes Tuiscones propugnatos, literarum minuta mutatione præfixo articulo die Ascanes, inde Tuiscones.

Nomen Ascanes declarat, eum autoritate propter eruditionem & pietatem, cum sacris præesset, præstitisse. Nam Ascanes sacerdotem significat, & custodem ignis. Fuit autem filius Gomer, à quo Cimmerii propagati, ab eodem etiam gens Ascania in Bithinia ad Bosphorum Cimmerium supra Phrygum ortum habet, fluvioq; Ascanio & Ascaniæ paludi nomen dedisse videtur, quæ eodem nomine non ignota nec obscura Romanorum dominatu fuit, regionis Ascaniæ Homerus 2. Iliad. meminit.

Iliadum Phorcys Dux, Ascaniusque Deorum
Haud impar, procul Ascanis qui advenerat oris.

Ad hercynios saltus residuum est nomen Ascaniæ in ditione Principũ Anhaltin Germaniæ, quibus Ascaniæ Comitatus paret. Quis verò in dubium vocet, & posteritatẽ Ascanis deinde

 alias

alias in sedes demigrasse, cum finitimi Cymmerii, Caucones & Cayci vicini idem factitarint? ut infra ostendemus. Teutonibus itaque primum excultam Westphaliam statuemus, nec vetustiorem gentem credo in his regionibus notam & celebrem usquam proditam fuisse, quæ Tuistonem Deum fatorem suum faciat, teste Tacito a, qui scribit, *Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus est) Tuistonem Deum terra editum & filium Mannum originem gentis conditoremque. Manno tres filios assignant quorum nominibus proximi Oceano Ingevones, medii Herminones, cæteri Istævones vocentur. Quidam autem licentia vetustatis plures Deo ortos, pluresque gentis appellationes Marsos, Gambrivios, Suevos Vandalos affirmant.* Sed de his atque earum origine multus Berosus lib. 2. in quibus tamen explanandis, & communiscendis supervacanea & inutilis omnis fuit opera. Quis enim adeo plumbeus & omnis rationis expers, qui non extemplo perspiciat esse hæc fabulosa & commentitia? quod ipsa nomina etiam, si in ea inquiratur, coarguunt. Ut non immeritò ineptire judicari possit Krantzius in Saxoniæ proœmio, quo originem Saxonum, ejusque appellationis perscrutatur, cum ineptiis Berosi & Taciti. Ubi quasi ovat & triumphat de tali invento, ceu ex his fictis nominibus atque ementitis indagare facultas oblata esset, omnium gentium primordia, quibus omnes sani & eruditi acquieturi sint. At non attendit quam hæc levia, ne dicam futilia & inania sint, ut non modo solertes & docti (quales Beatus Rhenanus & Vives sunt) superciliosè fastidiant, sed omnino etiam repudient, nec digna putent, quæ ad confirmationem inquisitionis ortuum gentium adjungantur, adhibeanturve. Quamvis de quinque Berosi antiquitatum libris dubitatio inter doctos sit, utrum hunc autorem, cujus Babylonica Athenæus lib. 14. Et Josephus libro 1. contra Appionem citant, cujusque statuam inaurata lingua Athenis positam. Plinius b scriptum reliquit, agno-

a de M.G. 42.

b l. 7. c. 37.

agnoscant, ab adulterini & supposititi sint. Quæ de re fructuosa disputatio à nobis institui posset, nisi alia hoc tempore à nobis urgerentur. Hac in parte sanè ad latum unguem à Peuceri a sententia deflecto, qui fabulosè hæc cum à Beroso tum Tacito narrari asseverat. (a ad Chron. Car. p 3. lib. 4.) Quandoquidem ergò, quòd linguæ, antiquiores nostræ westphaliæ colonos Teutonibus proferri non posse, non modò illa tempestate qua cum Cymbris ex hac sua patria erupisse, Italiamque introiisse leguntur, floruisse sentio, verum etiam retro aliquot seculis hic imperitasse persuasum habeo. Ideò autem ab hac exordium cepi historia, quoniam illo circiter tempore primo Teutones (ut supra dixi) à Celtis distinctos, istoque nomine expressos reperio. cum antea uno ceu generali nomine appellatione Celtæ nuncuparentur. Quocirca certum habeo fuisse & in illa Caltarum expeditione nostros populares Teutones, quando in Italiam infusi Clusium expugnaverunt urbemque Romam inflammatam diripuerunt. Quòd ab Urbe condita accidit 365. anno verò ante Christi natalem 385. Atque hæc est prima & vetustissima Teutonum mentio, quæ quidem in historia urbis Romæ extat, & describitur apud Livium lib. 5. b Post hanc expeditionem centum & sexaginta annis alia literis est tradita, quæ etiam exitum primi belli Punici est subsecuta, inter quòd & alterum 25. anni interfuerunt, Fuit autem hæc Gallis & Teutonibus funesta expeditio: Licet ipsi satis insolenter & animosè, ut præ se ferebant, juramento sese obstrinxerant, non relicturos, nec decessuros ex Italia, nisi Roma urbs diruta esset. Trajecerant se verò in Italiam ad defensionem Insubrum, & Bojorum. Romani, ne virtutis fama imminueretur, immensas copias objecerunt. Atque ita Curius & Flaminius Coss: non longè à Mediolano quadraginta (b lib. 24. & seqq.)

millia

millia Gallorum ac Teutonum straverunt: Teutonum Ducem Ariovistum, hoc est, Emestum captum Polybius a scribit. In sequenti anno Fridomarus, id est Fridemayer, id est pacis custos, iterum triginta millia Gallorum & Teutonum ad Mediolanum adduxit, quam urbem cum ejus anni Coss. Cn. Cornelius Scipio, & M. Claudius Marcellus obsidione infestarent, alter Marcellus nimirum exercitus partem in Fridomarum abduxit. Qui cum armis auro nitentibus eximius in prima acie consisteret, in eum Marcellus impetum fecit, Iovique spolia vovet. Hi cum acerrimè inter se decertarēt, tandem lethaliter sauciatus est Fridomarus, quo casu exercitus etiam fortiter confligentes perterriti fugere occipiunt.

a *lib. 2 Hist.*

Quos cum instando Romani urgerent, victoriam ab ipsis asportarunt anno Urbis 352. Ex quibus omnibus apparet quanto suo detrimento & sociali clade belli fortunam majores nostri experti sint: nullis tamen suis vel periculis vel malis ab armis terreri potuerunt. Sed ad alia. Philippus noster communis præceptor b cum Teutonibus Ditmarsos conjungit, eosdemque una cum illis Westphaliæ portionem obtinuisse confirmat. Unde autem eos educat, ex ipsius oratione nemini obscurum esse potest. Constituit enim eos Frisiis finitimos, atque deinde à littore progressos, oram westphaliæ & Clivensem incoluisse asseverat, ut nec culmum latum ab hac sui soceri sententia Peucerus c digrediatur, qui tradit nomen Marsi hodie etiamnum Saxonibus sua domestica lingua usitatè Epyrum significare, hoc est, continentem mari contiguam, vel terram humiliorem ac palustrem. Hinc itaque Marsos suspicatur appellatos, quasi maris accolas, velut Epirotas, ad Holsatorum differentiam nemora & ulteriorem continentem tenentium. Dicuntur enim Holsati quasi holt saszen id est, qui ad sylvas commorantur, non ut quidam nugantur, Holt Saxen, à Saxonibus, unde sunt Ditmarsi, Stormarsi,

b *Orat. lib. 3*

c *ad lib. 4 præf. Germ.*

Willster-

wilstermarsi, & Krempermarsi. Perspicimus itaque utrumq; primas sedes ad maris littora collocare, atque inde in has terras colonias ab iis inductas sentire. Et sanè illis Teutones (ut supra exposuimus) finitimi fuerunt, ut satis intelligi possit, quamobrem Ptolomæus illis in locis eos ponat. Nam postea aliqui in hisce avitis suis sedibus restiterunt, nominisque memoriam conservarunt, reliqui aliò novas acquisitum sedes profecti sunt in westphaliæ, uti tradidimus, agris. Convenienter autem quasi-consociatos Melanchthon Teutones & Ditmarsos ad hæc loca aspicasse asserit. Nam utriusq; hujus gentis & Marsorum & Teutonum Plutarchus in Sylla meminit. Atque longè dissitos populos non fuisse convincit & testatur amborum in unum conjunctio & conglutinatio. Ditmarsi enim nomen dissolutum, exprimit Teutones & Marsos, prioris tamen major, ut apparet, contractio facta est. Sed facilè in unam gentem coalescere potuerunt, cùm conjunctim huc appellerent, reliquique in patria confines Marsis remanerent.

Hi ergò qui in suis finibus hæsere, cum valde migrationibus & bellorum clade magis atque magis deminuerentur ad paucitatemque redigerentur, fœdus iniisse juraque communicasse, existimare absurdum non est, quam rem postea facillimè nominis etiam communio ac junctio sequi potuit. Quapropter Dietmarsos propter nomen Teutonum & Marsorum veterum reliquias esse judicabimus. Antiquitus enim iis in locis habitarunt, Cimbrisque vicini extiterunt, ut satis superque ex iis quæ hactenus tradita sunt, dijudicari potest. Ex his etiam intelligitur & anticipatur, præsertim quod nominis vim & notionem Germanicam doceri, advenas Marsos, nequaquam habendos. Si enim aliunde appulissent, non tam consonare seu propè accedere ad voce Germanicam posset. Quod ea re silentio prætereundum non duxi, siquidem & apud veteres Romanæ historiæ parentes hoc vocabulo Italiæ gens nominatur. Cum enim bellum Cimbrorum & Teuto-

num quod supra commemoravi, restinctum foret, repentè novus tumultus hanc Romanorum fœlicitatem excepit. Aliquot namque Italiæ populi a Romanis rursum defecerunt, in quibus Marsi nominantur. Hanc verò Marsorum in Italia gentem à Circes filio Marso ortam ferri, testis est Gellius a: *Itaque, Marsis hominibus, quorum duntaxat familiæ cum externis cognationibus permistæ nondum corruptæque sint, vi quadam genitali datum, ut serpentum virulentorum domitores sint, & incantationibus herbarumque succis faciant medelarum miracula.* Circæi verò montis complures nobilissimi, Græcorumque antiquissimi scriptores locū & naturam in Italia, quodammodo exquisitam & explanatam ad nos transmisere. Jam si ab his in Germaniam coloniā traductam, quibusdam placeret non equidem pugnarem, nisi absurdum alius videretur, ex solo uberrimo cœloq; benignissimo in asperius incultiusque atque immitius demigrare, ut Tacitus sentit. Quod cuique plausibile occurrit, arripiat licet, extra omnem enim controversiam hoc est, nihil usitatius, nihil frequentius, nihil gloriosius, illius ætatis mortalibus migrationibus, extitisse. Longius in Italiam digressi ad Germaniam nostram, & Westphaliam imprimis remigremus. Dixi ergò semper vicinos & conjunctos Marsos Teutonesque. Attamen non ut hodie in Dietmarsia olim permistos in westfalia quidam volunt, sed ita divisos, ut Teutones superiorem possederint. Dietmarsi inferiorem westphaliæ oram obtinuerunt, his etiam Bructeros adjunctos iidem confirmant. Quorum ortus & sedis explicationem hic assueremus, nisi exploratum nobis esset, à C. Cæsare (cui quidem nationes Rheno proximas utique notas fuisse commentarii testantur) prætermitti nec attingi. Primùm verò Tacitum qui posterior multo illo fuit, mentionem illorum facere. Ne itaque a proposita methodo, hoc est, temporis continuatione & serie aberremus, de illis ubi ad Taciti ætatem pervenerimus, verba faciemus. Nunc illud, quod in D. Julii tempus incidit, exquirere constituimus.

a *Noct. Att. lib. 16. c. 11.*

CAPUT

CAPVT III.

De Ariovisti German. Ducis Patria.

ANte omnia itaque illud divulgandum judico, nonnullos esse assertores, Ariovistum illum Germanum (cujus historia *a* perstringetur) qui se in Gallis Cæsari objecit, Regem Saxonum fuisse. Hoc tamen quibus rationibus confirmari possit non satis acutè dispicio, nisi eo communiant, vestiantque hanc suam opinionem, quod supra monui, colligi posse & effici ex Rheni limitis Germaniæ constitutione, illum tractum quem nunc westphaliæ & Saxoniæ verbis comprehendimus, veterem Germaniam repræsentasse. Reliqua enim ad Sarmatas pertinuerunt. Hinc ergò non omninò absurdum videri posset, ex iis terris Ariovistum educere. Etsi alios etiam Cæsar *b* adjungat, qui cum eo fuerint, Harudes nimirum, Marcomanos Triboces, Vangiones, Nemetes, Sedusios Suevos, quos omnes, quod non sine causa alicui scrupulum injicere posset, generali Germanorum vocabulo amplectitur. Sed quoniam paulò pòst trans Rhenum consedisse scribuntur, verisimile est Rhenum transiisse vel quod de Tribocchis disertè affirmat Strabo *c* post Helvetios, inquit, Sequani & Mediomatrici Rhenum colunt. In quibus Tribocchi natione Germani, relicto natali solo, Rhenoque transmisso sedes posuerunt Idem autor est *d* Suevos ad Hercyniam sylvam ex avito solo trans Rhenum demigrasse. Idem de cæteris sentiendum, Vangiones enim hodie wormatienses sunt, Nemetes, Spirenses. Sed mox plura exempla ejusmodi migrationum germanicarum dabimus. Idem porrò Cæsar codē loco Suevorum meminit, exponitque, quemadmodum centū pagi eorum egressi ad Rheni ripam confluxerint: atque tamdiu

a l. 1. Cæs. l. 1. de Bell. Gall.

b ibid. c. 1. de B.

c l. 4. Geogr.

d in lib. 7.

diu iis in locis commorati fuerint, quoad Germani Ariovisti ductus ac auspicia secuti, oppressi non fuerunt. Cum enim precibus supplicum Gallorum, quos suis pellebant sedibus, variéque divexabant, Cæsar in eos bellum convertisset, tandemque conserto prælio fudisset & profligasset, in patriam Suevi revertêre. De quâ paucis explicemus, locus postulat.

CAPVT IV.

De Suevis.

a Geog. lib. 2. c. 1. b lib. 4. c. 31.

PTolomæus a ad Albim fluvium collocat, unde Lucanus b

> *Fundit ab extremo flavos Aquilone Suevos*
> *Albis.*

c lib. 2. & lib. 4. compr. d de M. G. & c. 38. ad c. 46.

Sed longè lateque imperitasse, & Cæsar & Tacitus, & Ptolomæus declarant. Etenim Cæsar c centum pagorum multitudinem narrat. Tacitus d in complures gentes, pro locorum discrepantia speciatim distinguit. Quosdam enim Aquilonares facit, ut Semnones, Longobardos, Reudignos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudoses, Suardones, Suithones: quosdam Australes, ut Hermunduros, Nariscos, Marcomanos, Quados: alios orientales, Pannoniæ Sarmatiæque vicinos, ut Lygios, Arios, Helvecones, Manimos, Elisios, Naharvalos nonnullos littorales aut maritimos, ut Guttones, Rugios, Lemovios. Atqui hæccine ejus fuerit sententia pro certo

e lib. 2. c. 11.

affirmari non potest, neque ex tam concisa & involuta ferè commemoratione rectè discerni queunt. Ptolomæus verò e triplices dicit, alteros Longobardos australiores Sycambris à parte Rheni: Alteros Anglos magis orientales Longobardis

dis & in Septentrionem ad medium Albis projectos: Tertios Semnones à medio Albi orientem versus ad Suevum usque fluvium. Quo sanè ex tractu quam latè olim diffusa fuerit Suevorum natio, satis liquet. Cęterum quantum ex luculentis autorum descriptionibus datur perspicere, animadvertimus eos intra ripam Albis orientem spectantem, & Viadrum ac mare Suevicum quod Pomeraniam alluit, ad Suevum Havelumque fluvios, latè regnasse. Melanchthon a nominatim veterem Marchiam circa Stendaliam, vicinasque urbes obtinuisse, testatur, quod tamen de Semnonibus tradit. Attamen qui antiquam Suevorum patriam ac domicilium accuratè perscrutari cogitat, non omninò præcipitaverit, si fluminis Suevi fontem alveumque consideraverit, de quo vulgatissimus error complurium Geographorum notus est. Nonnulli enim uno alveo in mare Septentrionale per Ducatum Megalburgensem deducunt. Sed scaturit in montibus Sudetis, duobus supra Budissinam milliaris, atque ubi Lusatio, Marchiæque parte elapsus est, cursu ab Aquilone in occidentem inflexo, Havelo ad Marchiæ oppidum, Spondam, commiscetur. Ex quo perspicuum est Suevum (hodie Sprea dicitur) se in mare Boreum non exonerare, sed nomen, simulatque in Havelum infunditur, amittere. Ad hujus igitur amnis ripas ordinatim eos collocare licet. Quoniam verò eos Suevos, qui in westphaliam ad Rheni ripas immigrarant, nuntiata illis victoria Cæsaris de Germanis in Gallis, suprà documus, in sua se domicilia recepisse, perspicuum est, eos westphaliæ colonis non annumerari posse. Quid igitur? anne inter cultores nostræ patriæ eos adsciscemus, habebimusve? Sane Strabo suæ Geographiæ 4. scriptum reliquit, Suevos Rheno proxima loca obtinere. Quo pacto itaque Strabonem cum Cæsare conciliabimus? Narrat Cæsar b, post diuturnam vim & importunitatem Suevorum, Usipetes & Tenchteros suis sedibus agrisque expulsos, multis Germaniæ locis vagatos, ad Rhenum pervenis-

a ad lib. 4. Chron. Car.

b Lib. 4. de Bell. Gall.

se, easque præcipuè regiones contigisse, quas Menapii incoluerint, quibus etiam ad utramque fluminis ripam agros, ædificia vicosque habuerint. Menapios verò tantæ multitudinis adventu perterritos, ex iis ædificiis quæ trans flumen habuerint demigrasse, & cis Rhenum dispositis præsidiis, Germanos transire prohibuisse. Denique hoc pacto Rheni transitu interclusos, simulasse in suas se reverti regiones, triduique iter progressos, remigrasse, atque oscitantes inopinantesque Menapios, qui trans Rhenum ad sua præsidia se receperant, oppressisse, atque navibus eorum occupatis trans Rhenum abiisse, reliquosque insperatò obruisse. Sed hos Germanos, cùm latiùs longiùsque in Galliam incursarent à Cæsare ipso ad unum omnes profligatos atque concisos. Quâ de causâ arbitror post Cæsaris è Gallia discessum, Suevos Menapiorum loca Transrhenana, aliaque propinqua, eorum incolis ejectis, occupasse. Nam Strabo a ipse adjicit, Suevi potentia, hominumque frequentia cæteros anteeunt, à quibus qui expulsi, in interiorem Rheni partem confugerunt. Quin, & Ubii jam (sicuti eodem lib. 4. Strabo ait) ab Agrippa in interiorem Rheni ripam traducti erant, qua de re paulò post. Unde & horum desertos agros eos aucupatos, facile est intellectu. Ac Suevos in hoc totis viribus incubuisse, quò quam latissimè suos limites propagarent, autor Cæsar b est. Hinc Tenchteri ac Usipetes, ut antea diximus, suis submoti finibus. Hinc vatinianum illud Ubiorum in hosce odium & indignatio. Quæ vel ex eo perspicitur, quod illi Suevos, metu, ex Germanorum in Gallia cum C. Cæsare adverso & inauspicato prælio, sua repetentes tecta, insecuti, horum agmen carpserint, magnumque numerum occiderint. Sed tamen ad extremum cùm hinc mutuo odio & malevolentia flagrarent, Suevi, (quibus nec dii immortales pares esse possint affirmantibus, eorum virtutem experti, Usipetibus & Tenchteris) Ubios vectigales sibi

feca-

a Geogr. lib. 4.

b lib. 4.

fuerunt, viribusque ac multitudine valde extenuarunt. Cum itaque Strabo *a* disertè Rheno finitimos scribat, idemque conjecturis prolatis probabile sit, non absonum fuerit, si in Westphaliæ cultorum numerum eos adsciscamus. Cæterum non parum hanc opinionem confirmare videtur Suetonius, in vita Augusti, *b* ubi de Augusto loquens dicit. *Germanos ultra Albim fluvium submovit, ex quibus Suevos & Sicambros dedentes se, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.* Accipi hoc de Suevis Cisalpinis contenderem, nisi Sicambros conjungeret. Nam & illos Westphaliæ incolas extitisse, paulò post patefaciam. Sive ergò sub C. Cæsare, sive ante, sive post, non omnino ratione caret, ex nostra hac patria trans Rhenum portatos Sicambros. Etsi non utique sum nescius, alios ex Strabone ostendere paratos esse etiam ante Julium Cæsarem Suevos Rhenum tenuisse, cùm ad Danubii fontes eos collocet, quod an ita sit, lectori perpendendum & disceptandum relinquo. Tiberii enim imperio, & sub Augusti finem Strabo scripsit. Cur verò Cæsar Octavius eos solum vertere voluerit, causa hæc affertur: Drusum, qui in ipsis quasi visceribus Germaniæ bella gessit, Rhenum & Albim transisse ferunt, atque ita Suevorum ingressum regionem, cum Burgundis quos Ptolomæus Buguntas, prælium conseruisse, post cruentam pugnam victorem per ferocissimam Suevorum gentem morte mulctatum occubuisse. Ut itaque innatam feritatem exuerent, sub cœlum moderatius & clementius transportatos. Utcunque sit, hoc utique exploratissimum, eos ad caput Danubii & Hercyniæ sylvæ consedisse, Rhetiæque non illius veteris, sed Romanæ provinciæ inter Danubium atque Rhenum, aliquam adhuc hodie partem possidere. Idem etiam Rhenum transgressi, ingenti motu Gallias depopulati sunt, & Pyrenæis alpibus superatis, omnia diripientes, in Gallecia postremò sedes fixerunt, ubi

a lib. 4. & 7.
b cap. 21.

ubi regnum hoc novum septimus rex novissimus administravit. Ad hæc in Pannonia regnum constituerunt. Cum enim Vannius Drusi Cæsaris indulgentia Suevorum rex, quum suis annos triginta imperasset, ab Hermundurorum rege Jubilio pulsus esset, Claudius Cæsar, unà cum clientibus & popularium suorum parte in Pannoniam datis agris recipi jus-
a cap. 25. sit, ut testatur Tacitus historiæ Augustæ lib. 12. a Hactenus de Suevis, postulat jam locus ut orationem ad Ubios traducamus.

CAPUT V.

De Ubiis,

Hi verò citra omnem controversiam Transrhenani fuerunt: idque primum, Taciti testimonio liquet, qui lib.
b cap. 27 12. b Agrippina Augusta, inquit, *quò vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac forte acciderat, ut eam gentem Rhenum transgressam avus ejus Agrippa in fidem acciperet.* Batavi Claudio Civili Duce, quum adversum Romanos & Treviros rebellarent, ac transito Mosa, Menapios & Morinos, extremaque Galliarum quaterent, nullos pejus tractarunt, quam Ubios, quod hi genus Germanicæ originis, ejurata patria, Romanorum nomine Agrippinenses vocarentur. Causa porrò, quod tantoperè Ubios insectati fuerint, esse videtur, quia & Batavi ex Catthorum gente Germanica orti,
c Hist. 4. & 12 cap. 28 in illam Rheni insulam migrarant, ut alibi Tacitus c memorat. Perfidiam itaque in Ubiis detestati, præter cæteros etiam divexarunt. Proferam & aliud ex eodem Tacito d testimonium,
d de M. G. cap. 28. quod doceat, trans Rhenum Ubios incoluisse. *Vbii quidem, ait, quanquam Romana colonia esse meruerint, ac libentius Agrippinenses* condi-

conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt transgressi olim, & experimento fidei, super ipsam Rheni ripam collocati ut arcerent, non ut custodirentur. Idem confirmat Strabo 4. Geographiæ dicens: *Loca hæc trans Rhenum incolebant Ubii, quos ad interiorem Rheni ripam traduxit Agrippa, nec invitos quidem.* Quod autem non invitos Rhenum transiisse ait, planius & apertius ex Cæsare *a* cognoscitur: Qui quidem eorum civitatem, hoc est, ditionem amplam & florentem, ut fert captus Germanorum, fuisse refert, & paulò cæteris, qui sunt ejusdem generis, humaniores, propterea quod Rhenum attingant, multumque ad eos mercatores ventitent, & quod propter propinquitatem Gallicis moribus assuefacti sint. Sed Suevos, etsi propter amplitudinem, gravitatemque civitatis finibus suis eos expellere non potuerint, tamen, ut paulò antè etiam attigimus, vectigales sibi fecisse, ac multò humiliores infirmioresque redegisse. Hanc itaque ob causam quod perpetuo a Suevis attererentur, subindeque bellis impeterentur, putandi sunt Ubii ultro & sponte Rhenum transiisse. Agrippinenses, ut antea ex Tacito demonstravimus, quos hodie Colonienses vocamus eos esse certum est. Ex quo consentaneum est, Ubios à Suevis adactos, citra Rhenum hortante Agrippina Claudii conjuge, Neronis matre, quam illic natam esse ac veteranos & coloniam illuc deduci imperasse, Ubiorumque gentem Rhenum transgressam, avum ejus Agrippam in fidem accepisse, Tacitus *b* scriptum reliquit, civitatem tanquam propugnaculum adversus hostes ædificasse atque incoluisse. Quæ tamen non multò post, referente Tacito, cum in societatem Romanorum recepta esset, conflagravit. Qua eadem propemodum tempestate simili casu Lugdunum incensum & dirutum Seneca in epistolis *c* commemorat. C. Cæsaris vero tempore, loca, ubi Marchiæ comitatus, quem hodiè dux Clivensis possidet. Eique finitima westphaliæ oppida sunt, portioque Montensis

a de B. G. lib. 4.

b li. Ann. l. 12 c. 27

c Epist. 91

 princi-

principatus, obtinuisse conjectura probabile est, de sententia doctiss. Glareani, quorum adhuc magna pars ad diœcesin Coloniensem pertinet. Ubios hosce etiam, ut antea diximus, Tacitus sua ætate Transrhenanos scribit, ea re fortasse quod ad utranque Rheni ripam vicos, agros, & possessiones tenerent. Simili modo & Allobroges ad ambas Rhodani ripas, Item Menapii ad utranque Rheni ripam tunc, similiter & Phrysii & Geldrenses ad Rheni ripam ulteriorem & citeriorem suos fines dilatârunt, præsentique tempore tuentur. Præterea quod ex jam traditis mediocriter attenti observare potuerunt, hodie Ubiorum urbs Agrippina colonia creditur, quam olim trans Rhenum jacuisse non tantum suspicio seu opinio est, verum in ipsorum Chronicis confirmatur. Cujus antiquitatis etiamnum vestigia manifesta superant. Quippe apud Divi Pantaleonis & undecim millium virginum fana, plane veteris alvei vestigia conspiciuntur. Postea Gallico territorio inclusa Divitense munimentum habait, quod nunc Tuitium vocant, Hodierno die, die Eyssler Germanica appellatione frequentantur. Traduntur enim cum antea ultra Rhenum in Germaniæ finibus habitasent, Rhenum transmisisse, citerioraque ejus fluvii occupasse, ejurataque Germania Agrippinenses vocari expetivisse. Sed tamen in oratione qua Tenchteris, qui ipsos initio imperii Vespasiani ad defectionem a Romanis hortabantur, ac solicitabant, respondent: Germanos suos consanguineos apud Tacitum a vocant.

a lib. 4 Hyst. . 65.

CAPUT

CAPUT VI.

De Tenchteris & Usipetibus.

NEc absonum omnino fuerit, inter vetustos Westphaliæ incolas hos Tenchteros connumerare, juxtà quos olim Bructeros nominatim occurrisse narrat *a* Tacitus. De Bructeris post exponemus. Non enim dubium est ipsos, huc [ce] oris, vixisse. Et quoniam Bructeris finitimos facit, non disjuncta seu discreta a Westphaliæ limitibus loca illis assigno, sed satis evidenter ex Tacito, ipsos intra fines Westphaliæ commoratos, coargui posse, nihil ambigo. Postea verò cum tantoperè a Suevis urgerentur, & exagitarentur, paulatim illis cessisse propinquioraque Rheno petiisse, atque in Menapiorum fines insidiis, & dolo, cum aditu prohiberentur, immigrasse. Quod idem Tacitus *b* memorat. Igitur *Tenchteri* inquit, *Rheno discreta gens*, hos ferunt in Galliam post transgressos, cùm a Suevis affligerentur, juxta Menapios consedisse. Partem Westphaliæ ab ipsis cultam & possessam etiam aliorum doctorum virorum, qui summa solertia antiquitates indagarunt, distinctionibus convinci potest. Etsi autem hæc res apud plærosque in controversiam vocatur, tamen, teste Glareano *c*, Althamerus insignis ætate nostra rerum germanicarum investigator *d* Usipetes ad Rhenum esse putat, maxime in eo tractu quem Franci, & Hessi modo obtinent, à Francofordio nimirum celebri emporio, Mœni ostio ad occidentalem vulgò vocatam sylvam westerwaldt & confluentes usque. In qua plaga Ringovia, Wederovia. Sub his Tenchteros ad Ubios usque eadem Rheni ripa collocatos asseverat. Ex quo intelligitur eum Ubiis (quos paulò supra Westphaliæ incolas fuisse

a lib. 4. hist. c. 77. & d. M. G. c.

b l. 4. hist. c. 64.

c in schol. ad Tac. Germ.

d in Schol. ad eundē c. 32.

se docuimus) continui dicantur, portionem etsi non magnam iis assignandam, nec enim inter hos & Ubios termini constituti fuerunt. Nonnihil tamen dubitationis parit, quod cum Tacitus *a* & Ptolomæus *b* accolas Rheni Usipetes vel Usipios & Tenchteros tradant, Cæsar *c* triennium vagatos antequam Rheni ripam appulerunt, scribat. Responderi quidem posset, alias Cæsaris, alias illorum tempore sedes habuisse, opinor tamen attentasse multa alia loca quibus considerent, sed cum nusquam consilium procederet, ad Rhenum se retulisse. Absurdum enim foret, totos tres annos itinere conficiendo consumsisse, cum vel sexcenta milliaria tanto intervallo lustrare potuerint. Peucerus *d* non longè ab Althameri sententia discedit, commemorat enim infra Cattos & Usipetes dextram Rheni ripam incoluisse, Rheno tantum ab Ubiis distinctos, quod intelligendum est, ubi jam Rheno transmisso in Galliæ oram Ubii demigrârunt, & nimis a Suevis pressi, petedentim altius à nativis agris progressi sunt, cogitantes se cedendo victores abrupos. Nam ex Ptolomæo *e* haud obscurè patet, Tenchteros, quos Tingeros ipse vocat, finitimos fluvius Lupiæ, Lani, & Rheni agros excoluisse, cognitatumque Nassaviensem contigisse, quod ab aliis distinctius & illustrius inculcatur. Faciunt cum hac opinione viri utique præstantes & eximii Beatus Rhenanus *f*, Pirchemerus *g* & Jucundus. Nam Tingeros & Usipetes inter Rhenum & montes Almobios, ubi hodiè pars Hessiæ cum Rheno conjungitur, dicta die hechringt/ ditiones comitum de Nassaw, Königstein &c Francofordiam usque occupasse, referunt. Et separatim de Tenchteris Rhenanus lib. 3. rerum germanicarum ait, Francos ad Rhenum in Tenchteros juxta Chamavos, veteres illas Sicambrorum sedes usque ad Mœnum amnem & Salam concessisse, etiam Cattorum locis occupatis. Cumque Tacitus solo Rheno ab Ubiis divisos Tenchteros scribat *h*, asseveran-

tur

ter affirmat idem autor, Vbiorum loca, qui pridem Rhenum transmiserant, ab hisce paulatim succedendo, occupata, ex quo consequetur, cum paulò antè Vbios ex Westphaliæ colonis esse edocuerimus, & hos ejusdem conditionis censendos. Adde quod Willichius *a* Lanx. Lupiæ & Rheni accolas asseverat. Quem ergò quæso hæres amplius torquere vel suspensum tenere potest? Cum tam planè & apertè dicatur, Francos in Tenchteros juxta Chamavos concessisse. Nam tum Franci, tum Chamavi, Rheno propiores westphaliæ partes incoluerunt, ut infra ostendemus. Adhæc cum etiam Tenchteres Chamavis, qui Osnabrugensem & Monasteriensem Episcopatus tenuerunt, finitimos faciat, quis scrupulus relictus esse potest? Quocirca, ut ante monuimus, & alii consentiunt, in Suderlandiæ (quæ westphaliæ ditio est, Coloniensi Episcopo subjecta) parte, & vicinis locis antiquitus fuisse, nihil est quod ambigatur.

a in Comm. ad Tac. Germ. p. 9.

CAPUT VII.

De Sicambris & Ambronibus.

POstquam ergò quid de Tenchteris sentiendum, planum fecimus, consequens erit, ut & Sicambrorum historiam persequamur, exquiramusque an & hi olim westphaliæ partem obtinuerint. Reperimus eum apud eundem C. Cæsarem *b* transRhenanarum gentium hanc numero haberi. Cæsari enim, quando Germanorum copias in Belgicam Galliam infusas fudit & oppressit, visum fuit Rhenum transire, Germanisque terrorem ac formidinem incutere, ne tantò studio in posterum in Galliam irrumperent. Commonuit etiam eum, quod equitatus Vsipetum & Tencterorum, qui frumentan-

b l. 4. d. B. Gall.

mentandi prædandique causa Mosam transierat, nec ei prælio, de quo meminimus, interfuerat, post fugam suorum in fines Sicambrorum trans Rhenum se receperat, cum usque consociârat. Quod sanè attendendum, Verisimile namque est, longo post tempore etiam, Vsiperes & pariter Tencteros hic restitisse. Cùm enim antea diximus, Sicambrorum domicilia habuisse Tencteros, certè non dubito, Sicambris Rhenum transgressis, in ipsorum agris permansisse Tencteros. Non enim credo metu Cæsaris mox Tencteros & Vsipetes ausos fuisse, vi & fraude Menapiorum patriam occupatam & partam, repetere. Cæterum Cæsar Vbiorum lachrymis & precibus, qui de Suevorum injuria querebantur, etiam invitatus & impulsus, ponte fabricato, Rhenum transmisit, & Sicambrorum fines visit, ibidemque paucos moratus dies, vicos omnes ædificiaque incendit, frumenta succidit. Quæ historia satis perspicue indicat, Sicambrorum homines ultra Rhenum consedisse. Sed in fluctuans hoc loco opinionum pelagus incidimus. Tam enim dissident vetustatis inquisitores, ut nisi circumspectè temporum rationes & distinctiones in conspectu habeamus, facile nosmetipsos implicemus, tamque involvamus, ut difficulter nos expediamus. Quapropter temporis vicissitudo, populorum migratio, partesque, quas occuparunt, à nobis animadvertendæ sunt. Vulgaris atque à compluribus arrepta sententia est, Sicambros hodie Gelrenses nuncupari, ceu sunt, Volaterinus 5. Geographiæ, & Philippus a, Peucerus b, qui etiam Montenses & ex parte Phrysios hoc nomine complectitur. Atqui Jucundus huicque astipulans Alciatus c Menapios eâ appellatione significant. Etsi autem alii Juliacensium nomen in veterem Menapiorum ditionem importatum sentiunt, rectè tamen Glareanus ex migratione Tencterorum & Usipetum in ipsorum fines astruit.

a b ll. sup. cit.

c Comm. ad Tac. A. M. G.

astruit, multò ampliores & latiores extitisse, cùm Cæsar dicat, ipsos Menapiorum agros utramque Rheni ripam incolentium occupasse. Ex quibus effici & inferri posse videtur, Menapiorum fines ulterius etiam in Gelrensium regionem projectos, eorum magnam partem comprehendisse. Proinde Jucundi & Alciati sententia probabilior videri potest, propterea quod cis Rhenum in ripa Gallica, Geldria jaceat, & Cæsar, *a* uti antea demonstravimus, Sicambros ab altero latere in Germanica ripa collocet, cui Strabo *b* suffragatur, inquiens. *Post Menapios, qui utraque Rheni ripam incolunt, Sicambri Germani consistunt.* Interpretatio autem Volaterani hinc procul dubio extitit, quod Tacitus Annalium lib. 12. *c* commemorat, eos à Romanis excisos, ac in Galliam transportatos esse, Item quod Suetonius, veluti supra diximus, in Augusto *d* narrat, Sicambros dedentes se uni cum Suevis in Galliam traductos. Quæ ex re usu venire potuit, ut quidam inter Menapios consederint, & una voce Gelrenses nuncupentur. Quod si ita est, certè necesse est, in Menapiis Tencterorum & Usipetum nomen prorsus abolitum. At cùm Cæsar *e* scribat, se Rheno transmisso fines Sicambrorum invasisse, idemque Suetonius, ut notum est, pariterque Strabo *f*, ac Ptolomæus in quarta Europæ tabula, eos etiamnum Germaniæ populum asserant, Jucundus, Johanni Rhellicano *g* Tigurino rectius eos intelligere videtur qui principi de Nauso parent. Quo loco ipse profitetur Hermannum comitem Nevenarium Francos olim Sicambros dictos sentire. Quod jam prætermittimus, postea exquisituri. Expressè vero doctiss. Glareanus *h* Sicambros transRhenanos populos in Germania apud Cæsarem quæ Westphaliæ pars sit, tradit. Non autem Gelrenses dicit, qui toti in sinistra Rheni ripa hodie jacent. Eodem autore, Suetonius & Florus posterioribus temporibus in Germaniam deportatos ajunt, quod quemadmo-

a Lib. 4. de B.G.
b Lib. Geogr.
c c. cap. 4.
d c. 21.
e Lib. 4. de B.G.
f Lib.
g ad Cæs. de B.G. Lib. 4.
h ad Lib. Cæs. de B.G.

admodum sibi consentiat, in medio relinquo. Cæsaris enim ætate, quod neque negari, neque refelli potest, Germaniam coluerunt. An autem posteaquam Augusti dominatu in Galliam migraverunt, rursus huc repulsi rejective sint, cùm nullis vestigijs, nec conjecturis neq; rationibus approbari posse videam, cum Glareano hæc curiosius non inquiro. Deniq; in memoriam revocandum, quod superius admonuimus, tractum Isela & Rheno conclusum non cum Gallia, sed Germania conjungi. Quod si ergo Gelrenses, qui continentem intra ea flumina tenent, ad nostrates ascisceremus, non omnino absurdè facturi videremur. Quamvis autem multis hæc loca remotiora, quam ut vel westphaliæ continua haberi queant, videri poterunt, cur tamen nobis ita placeat, paucis supra ostendimus, pluribus post etiam demonstraturi. Genuinis itaque & veris Sicambrorum sedibus investigatis, nonnihil etiam de notatione ejus nominis disserere placet. Rhellicanus Tigurinus ante citatus, in suis in Cæsaris 4. commentarium annotationibus elaboratis, Hubertum Leodium adducit, Germanicam originem populi, ac loci situm ita *a* describentem: *Sicambri Menapiorum regionem occupant, & Germanos indigetes fuisse nomine ipso deprehenditur, Germanicè enim Sygenberger appellabantur, unde & Sycambri in vetustis codicibus scriptum reperitur. Habitârunt ad alteram Rheni ripam paululum infra Vbios & ad Ruram fluvium, qui apud Dusburgum Rheno miscetur.* Vnde denuo perspicuum & planum fit, quoniam Ruræ accolas dicit, westphaliæ colonos antiquitus fuisse. Phil. *b* autem vel a lacubus & mari, Sehe ain Meer, vel a victoribus Cymbris nomen fluxisse existumat, cui assentitur Peucerus, *c* qui etiam quasi Cimbros maritimos vocatos ait. Sed ad Huberti sententiam propius accedit. Nam à Sicambris reliqua videri Sigenberg & Sigen scribit. *d* Philippi verò posteriorem sententiam sic utique confirmari dispicio, Sige enim lingua superiorum Germanorum

a ad Tunger. & Eburon.

b ad l. 3 Chr. Car.

c ubid.

d Lall.

enim victoriam sive prælium significat. Unde cùm à victoriis Cimbris deriver Phil. huc omnino alludere videtur. Quamobrem accommodatius & concinnius Sicambris Sigen subjicitur, quam Tengris, quod etiam à doctis factum constat. Gloriosius est quod Wolffgangus Lazius Viennensis in opere de migrationibus omnium gentium, de nominis etymo ratiocinatur, neque enim à Cimbris deducit, sed totum Germanicum confirmat. Ait enim Sicambros quasi Siger des Kampffes hoc est, victores conflictus seu pugnæ, id est, superiores in bellis dictos. Nobis autem alia in mentem venit notatio, quam non prorsus absurdam seu alienam ingenui judicabunt. Unde autem succurrerit, profiteri non turpe neque probrosum puto. Honorem enim iis, quorum commonitione ad alia perquirenda informamur & excitamur, habendum dedita opera agnosco. Quando suprà de Cimbris meminimus, iis Ambrones conjunctos etiam asserimus. Horum nominum originem dum Phil. a perscrutatur & exquirit, a Ambronum prorsus interiisse dicit, existimare se tamen Rheni accolas utpote Clevenses, Juliacenses, Tencteros denotari, addit Ambrones dici quasi am Rhein / ad Rhenum. Unde multi suspicantur superare nomen Embricæ. Nec longè ab aquis Sextiis, ubi exercitum Teuthonum & Ambronum Marius fudit, urbs est nomine Ambrona. Enucleatem itaque hac ratione ejus nominis vim: Sicambros nominatos quasi seit offt niderich am Rhein / hoc est, humiliores ad Rhenum, id est, qui inferiores Rheni partes accolerent, respectu superiorum locorum, ex quibus Rhenus delabitur, vel etiam ratione Ambronum, qui cis Rhenum habitârunt, lii verò trans Rhenum morati sunt. Illi enim versùs Galliam superiores & excelsiores agros coluerunt, Sicambri autem illis humiliores videbantur, & sylvas solitudinesque habebant. Ad quos etiam

ex Menapiorum ac Eburonum finibus per Rheni transitum, maximè ubi Vahalis & Mosa confluunt, brevis est aditus. Plura ad Sicambricæ gentis descriptionem accumulassem hîc, nisi prospexissem inferius pleraque horum inculcanda & locupletanda. Quocirca ceu oportuniori loco de illis, ubi ad Francorum originem & loca exploranda vela fecerimus, agemus. Hactenus autem ferè quotquot nostra (quæ perexigua est) industria ex Cæsaris commentariis deprehendi & proferri potuerunt, gentes enumeravimus. Persuasissimum autem nobis fit, bonum westphaliæ partem ab his cultam (nisi quatenus à Suevis cultura agrorum prohibiti fuerunt) nec duntaxat sub Cæsaris hac præfectura Gallica floruisse, verum etiam ante multo sua loca armis & vi defendisse, tranquillosque & pacatos, quoad præ finitimis & exteris populis concederetur, vitæ curriculum traduxisse. Non autem diu post Cæsarem in hisce locis moratos, satis superque historiæ docent. Et ne longè abeamus, Estne à nobis paulò suprà de Usipetibus & Tencteris declaratum, etiam eo tempore quo in Gallia Cæsar belligeravit, eos violentia Suevorum extrusos, in Menapios, hoc est, Juliacenses agros impressionem fecisse? Ubi verò quamdiu clientes Cæsaris, ejusque defensione freti fuerunt, patria se non commoverunt. At post ejus è Gallis discessum, nonne Tencterorum & Usipetum exemplo, similibus casibus exceptos in Galliam transmisisse credemus? Quid de Sicambris dicemus? Etsi quidem ab incursione & direptione Suevorum illos immunes arbitramur (quoniam de hac re nihil comperimus) tamen quæ alia nobis causa occurrere potest, propter quam sedibus mutatis in Galliam transierint, quam quod aliarum gentium immanium rapinis & irruptionibus

nibus defatigati, maleque affecti, tutiora sibi domicilia aucupanda existimarent. Non autem nos fugit Augustum, teste Tranquillo a, eos Rhenum cum Suevis transportasse. Quamvis de fragilitate & inconstantia rerum humanarum commonefacere nos possint. Agnoscere enim ex his eventis debemus, ea nos lege natos, ut ita incertis sedibus vagemur, in exilioque vivamus, & nusquam fixas habitationes teneamus, ut rectè Cic. in Catone Majore dixerit, *Nobis non habitandi sed commorandi locum in terris concessum.* Præterea considerantes & intuentes has, & ejusmodi aliarum etiam terribiliores gentium migrationes, toto cohorrescamus pectore & corpore, & lugeamus deploremusque deploratam humani generis conditionem, execremurque teterrima scelera, quibus in has nos ipsimet demisimus ingurgitavimusque calamitates, ardentibusque votis & precibus à Deo contendamus, ut tandem aliquando ex his errationibus seu peregrinationibus nos eripiat, atque ex hoc temporali exilio in perpetuum & stabile cœli domicilium traducat.

a Lib. 5

CAPUT VIII.

De Bruchteris.

Accingamur nunc ad sequentium historicorum monumenta, eaque perquiramus, pluresque, si qui probabiliter investigari possint, Westphaliæ municipes expromamus. Inprimis autem hanc ad rem Tacitus nobis adhibendus est. Quem non levibus causis reliquis anteponimus. Majori enim diligentia, studio, & magnificentia laudes Germanorum cecinit & prædicavit, quam aliquis etiam Germanico san-

 guine

guine editus, lacteque pastus facturus fuisset. Adeò etiam profusus in Germanis extollendis & magnifaciendis Italis visus est, ut inviso & inverso nomine non Tacitum sed loquacem, ludentes eum nuncupent. Tantus & tam gravis in nostratibus exornandis. Atque, ut apertius id etiam dicam, tanta solertia gentium loca & distinctas regiones delineat, perpolit, & belli studia amplificat, ut totus in eo fuisse appareat, quò Germaniam universam ejusque incolas antè, quòd laterent, incognitos obscurosque proderet, in celebritatemque apud Romanos perduceret. Quod eò commodius ab illo præstari potuit, quod Belgicæ Galliæ, quæ hodiè Brabantia & Flandria vocatur, sub Adriano, ut quidam putant, rationes procuravit. Sed Rhenanus sub Trajano senectæ vicinum scripsisse censet, quod valde priori adversatur. Ut ut autem sit, in Belgico ipsum fuisse, atque ob propinquitatem mores cultoresque Germaniæ didicisse, dubium non est. Cum etiam hæc Gallica consuetudo fuerit, quam tamen vehementer Cæsar improbat, ut peregrinos etiam consistere coëgerint, omniaque novitatis studiosi, ab illis sciscitati sint, & exploraverint. Tradit itaque Tacitus *a* juxta Tencteros (sic enim loquitur) olim Bructeros occurrisse, verum famâ nuntiari, Chamavos & Angrivarios, pulsis Bructeris ac penitus excisis, immigrasse. Meminit eorundem Strabo lib. 7. Admonitum verò suprà est, quosdam opinari hos Bructeros inferiorem Westphaliam cum Dithmarsis excoluisse, quod certè tî verà opinabile est, cum nullâ ratione defendi, nullis vestigiis demonstrari possit. Non enim est dubium, multò ante Cæsarem Marsos (ita namque appellatos consentaneum est) in westphaliæ ora habitasse. Nam ipse Cæsar 1 commentariorum quasi ignotos Teutones nominat, longeque à sua notitia reconditos & abstrusos. Unde jam tum ex his submotos regionibus perspicuum est. Post Cæsarem fanè ad hæc loca non aspirasse, mox planum fiet.

a d. M. G. c. 33.

Cæsaris

Cæsaris autem tempore paulatim nomen & gentem obscurari cepisse, hoc argumento est, quod nusquam ejus mentionem faciat, facturus haud dubiè propter superiorum seculorum memoriam, si ullâ auditione de eorum armis acepisset, pristinaque celebritas illos prædicasset. A C. Cæsare huc non appulisse series historiarum satis convincit. Nam ad extremum neque Tacito neque Ptolomæo in his locis non fuerunt. Cùm Tacitus omnino prætermittat, Ptolomæus *a* vicinos Cimbris statuat. Inter horum denique & Cæsaris ætatē non applicuisse hunc probabile est, quoniam tam celeriter eorum fama & appellatio non evanuisset. Adhæc superius documus, conjunctos his Marsos fuisse, adeoque ut in unam Dietmarsorum gentem coaluerint. Ex quibus perspicitur his nullam societatem, nec cohabitandi communitatem cum Bructeris fuisse. Cùm Tacitus *b* distinctè satis exponat, suo etiam tempore in hac plaga nobiles & celebres extitisse, atque hanc ipsorum per Chamavos Angrivariosque ejectionem in suam ferè ætatem incidisse. Omnino ergò à Ditmarsis hos segregandos esse judico. Si verò alus in terris cum iis copulare quis velit, non repugno. Nos, quo opiniones vagas atque ab historiis dissidentes notemus, aboleamusque, agimus, certoque qui, quo tempore Westphaliam tenuerint, demonstrare enitimur contendimusque. Planissimè verò ex illis, quæ a nobis explanata de Tencteris sunt, sedes eorum colligi possunt. Rectè enim Althamerus *c* in ripa Rheni ad Ubios usque pervenisse asserit, nec indoctius Rhenanus *d* usque eandem oram assignat. Præter hos Marlianus *e* Germaniæ inferioris populos Henteris & Phrysiis proximos fuisse sentit. Item Strabo in 7. Drusum Augusti legatum (qui diu Germaniam bello infestavit) Bructeros navali prælio in Amasi flumine superasse, autor est. Amasis autem Westphaliam emensus, Phrysiamque mediam ferè partitus, in Oceanum influit. Ex quibus

a Geogr. l. 2. c. 11.
b l. A. M. G. c. 33.
c in Comm. ad Tac. Germ.
d R. G. l. 3
e in Ind. Sall.

lias haud obscurè cognoscitur, non abs re Bructeros in westphaliæ colonis haberi, cum ejus fluvii accolæ ex hac narratione intelligantur. Quod apertiùs clariúsque idem Strabo a indicat, cum refert, Amasim a Rheno intervallo 600 stadiorum disjunctum, per Minores Bructeros labi. Diu verò ante Tacitum ibidem commoratos ejus verba declarant, dicit enim olim juxta Tencteros collocatos Bructeros. Quæ res nos confirmat, non aliunde huc advectos, sed ejus loci indigenas extitisse. Nomen itaque a loco palustri habere videntur, qui nostratibus vocabulo Brock significatur, unde facile nomen exigua productione & in gentis nomen flexione, formari potuit. Nam constat ex historia, palustria loca fuisse, quæ Bructeri tenuerunt. Porrò Ptolomæus b Busactores eos appellat, atque in Majores & Minores distinguit. Quæ certè distinctio supervacanea est, atque ea re illorum labor & sollicitudo supervacanea, qui valdè se torquent, quos Majores quos Minores significet, ut expediant. Primum enim ex Tacito planum fecimus, à Chamavis & Angrivariis Bructeros expulsos, penitusque excisos. Cùm ergò Ptolomæus hanc distinctionem inculcat, veterem situm spectare videtur. Est enim (ut eruditis placet) antiquiorem, quam Tacitus, chorographiam sequutus. Tum quia non est tanti laboris seu industriæ, ostendere, quibus regionibus divisi fuerint. Nam, ut ante dixi, Strabo Amasim per Minores Bructeros fluere ait: Et Ptolomæus Rheno cum Sicambos propinquos statuit. Ex quo manifestum est, illam partem quæ Westphaliam tenuit, & cis ultraque Amasim non longè a Rheno consedit, appellationem Minorum Bructerorum obtinuisse: Reliquos ad Bructerum montem prope Goslariam, Majores dictos, vel, qui intra Amasim & Visurgim incoluerunt, id nominis obtinuerunt, siquidem ab his postea in terram Brunswicensem trans Visurgim coloniam deductam, magis est consentaneum.

Illud

a Geogr. l. 7.

b l. 2. c. 11.

Illud tamen affirmaverim, hujus montis accolas, colonos esse illorum, qui in Westphaliæ tractu remanserunt, itaq; ad montem fixis sedibus, eidem nomen imposuisse. Nihil enim obstat, hos minores fuisse appellatos, Sed hæc mitto. Quod autem quidam asserunt, Bructeros, cum è Westphalia excessissent, ad sinum Codanum in Sarmatiam, ubi Vandali fuerint, concessisse, regionique gentis suæ nomen dedisse, ut Bruteni dicerentur, dilucidè refellitur ab Erasmo Stella, in Borussiæ antiquitatibus, ex Ptolomæo, Qui Borussios ad Riphæos montes, ubi in Septentrionem fusius excurrunt, nec longe, qua Tanais ex eis erumpit, sedes habuisse prodit. Hi sua infœlicitate conciti (perpetuis namque nivibus algoribusque illic terra riget, ad omneque naturæ ministerium damnata est) ad novas capessendas sedes, patria egressi, in ea loca delapsi sunt, quæ tum soli ubertate, tum pascuorum lacuumque amœnitate, ipsis quam primum placuere, non ultra progressi sunt, sed sedes ibi unanimi consensu eligentes, utque sibi ac posteris perpetuæ habitationi essent, terram gentilicio vocabulo appellavere Borussiam, quæ hodie unius literæ suppressione Brussia vulgò nuncupatur. Quæ verò præterea hac de re divulgata sunt, proinde ut aniles nugas habendas idem censet. Cui rei etiam fidem permaximam facere ait, quod in hodiernum quoque diem populi ad Riphæos montes habitantes, eodem sermone pariq; cultu utantur. Quinimo refert idem, Gordianum Gothium literis tradidisse, non ita pridem Hulmigenos Germanos, Borussiæ cultores extitisse, à quibus aliquandiu Hulmigeria vocata sit, subjicitque hodiè eam partem quæ Vistulæ, olim Vandalo fluvio propior est, Culmigeriam, pro Hulmigeria, appellari, quod scrupuli hoc loco mihi injecit evellendum, vel conterendum, ne quid cognitu dignum de industria reticuisse videamur. Præterea apud Taciti quendam commentatorem reperio, Bructeros etiam Hulmigeros dictos, quod dubitationem, utrum de Borus-

sia,

stræ, an westphaliæ inquilinis intelligendum sit, parere posset. Si enim hoc nomen in his locis habuerint, certè in ea importarunt, Sin Borussiæ cultores eo significati sunt, quoniam nostros populares eò immigrasse creditum est, simul etiam nomen accepisse existimârunt. Quinetiam eundem mirot commentatorem, quod scribit, forsan à Tencteris pulsos, cum differtè Tacitus, ut audivimus, ab Angrivariis & Chamavis exterminatos profiteatur. Sed & Rhenanus hic memoria lapsus videtur, quod in Sicambrorum loca eosdem immigrasse 1. Rerum German. existimat. Nam in Bructeros Cor. Tacitus involasse scriptum reliquit. Quamvis non omnino sit absonum, si cum Rhenano statuamus & in Sicambris eos diffusos. Quorsum ergò jam pedes contulisse arbitrabimur? quam plagam adiisse statuemus? quodne pelagus navigasse credemus? Mihi certè nihil succurrit aliud, quam ex westphalia eos Visurgim transiisse, in terramque Brunswicensem transgressos, illic sedes fixisse, sive deserta, sive jampridem colonis ipsorum culta fuerit. Per hos enim nomen importatum, nemo ambiguum habere potest. Nam frequentatur earumdem mons appellatione, ab hac gente derivata, der Brockersbergk / quem

a Lib. Ger. veteri nomine, teste Peucero, a Melibocum nuncupârunt,
Ger. lib. 4. sub quo Semana sylva Brunswigum & Halberstadium versus, & mons Asciburgius ad Ascaniam, cujus nomen conservavit oppidum Aschersleben. De his Bructeris Claudianus dicit:

Venit accola sylvæ
Bructerus Hercyniæ, latisque paludibus exit
Cimbrus.

b Lib. 4. Cum Erasmi Stella sententia concordat Peucerus b, qui enim ait. Borussos ab ortu profectos in Rossorum vicinia consedisse. Id quod etiam nomen, quod Henetum est, indicat, colonosque Russis continentes denotat. Quocunque ergò alii Bructeros ex westphalis ejectos iter fecisse comminiscantur, mihi, quod discussi, absonum esse visum non est. Sit tamen hac de re suum cuique judicium liberum. CA-

CAPUT IX.

De Chamavis.

UT de Angrivariorum & Chamavorum domiciliis pluribus agamus, supervacuum videri posset, siquidem Bructerorum desolata invasisse, sæpius inculcatum est. Ut tamen expectationi lectoris satisfiat, ex quibus terris exierint, inquirendum judico. Quod ergo ad Chamavos attinet, priusquam in Westphaliam infunderentur, ipsos veterem, ut hodie dicitur, Marchiam habitasse nonnulli sentiunt. Sed cum Ptolomæus a intra Melibocum & Albim eorum domicilia definiat, fortasse Misenorum aliquam iis partem assignat. Unde, quam inconsideratè & indoctè faciant, qui Caucos esse affirmare possunt, perspicitur. Quasi vero Cauci Tacito cogniti non fuerint, & Chamavos ignoraverit? Gens siquidem utraque ab eo nominatur. Quò magis se inertes & oscitantes produnt, nulla cum attentione Taciti historiam percurrentes. Magis etiam se implicant, cum distinctos limitibus & regionibus populos confundunt. In Westphalico autem, territorio propinquas Monasteriensi & Osnabrugensi provinciis partes possedisse consentaneum est quippe quibus ex agris Bructeros partim eliminarant. Cum his Peucerus b consentit. Marlianus autem, ut latius c fines extendisse plausibile est, Cammanos, (sic enim vocat, nec aliam ipsum dicere gentem opinor) Germaniæ inferioris populum, pridem Frisiæ partem Oceanum mare, Rhenum fluvium, & lacus attingentem, paludibus ac saltibus uberrimam, incoluisse asserit, mox vero Tubantes populos, post Ubios (eadem Germanicam gentem) inhabitasse refert. Longius quidem is

a lib. 2. Geogr. c. 11.

b l. all.

c in ind.

G propa-

propagat. Atqui ratione non caret. Antea enim ostendimus, Amasis, qui Frisios perlabitur, accolas Bructeros perhiberi, Quapropter Monasteriensis provinciæ partem, ab ipsis possessam ad Amasis ripas, ulterioraque in Phrisos pertinentia, quorum partim Bructeris summotis domini evaserunt, partim postea armis forsan & finitimorum depulsione acquisiverunt, consentaneum est. Quos verò Tubantes intelligat, non perspicio. Ubii ex superioribus sunt noti.

CAPUT X.

De Angrivariis.

Paucis Chamavorum gente depicta, ad Angrivarios oratio traducenda est. Hos una cum Chamavis in Bructerorum domicilia erupisse audivimus. Quibus exterminatis eorum inter se partitos agros verisimile est. Priusquam verò de sedibus in Westphalia partis exponam, quæ ipsos genuerit ac procreârit terra, priori locô exquirendum arbitror, Idque potissimum illa de causa, quod occurrunt variæ inter seque digladiantes opiniones, quæ diversis in terris eos habitasse asserunt: quam repugnantiam hac ratione tamen quis facile componeret, si longè lateque diffusam gentem, ampliora que regna fecisse dispiceret. Quod ergò maxime consentaneum est, primum proferimus, antiquitus Angrivarios ad Albim sedes habuisse, ubi nunc vetus Marchia jacet. Qua in regione oppidum florens ad confluentem Anagri & Albis gentis nomen conservavit. Ex his autem intelligi potest, fluvium genti appellationem imposuisse, sicut compertum habemus, Vandalos à Vandalo fluvio, qui nunc Vistula, Poloniam perlabens & Dantiscum prætervolans in mare Germanicum se exonerat,

eat, dictos. Item Suevos, ab Amni Suevo, qui hodie Sprea, nuncupatos. Oppidum verò ipsum ab ostio nomen duxit. Mundt enim nostra patria lingua ostium significat, quasi scilicet eo loco quo Albi miscetur, ostium ejus existat. Nihil autem refert vulgò oppidum Tangermundt vocari. Etsi autem ad alterius Angermundi differentiam fieri probabile est, tamen præpositio Germanis ea præfixa ostium Anagri indicat. Dicitur enim Tangermundt, quasi tho angermundt, (Saxonica lingua, & quadam apostropha Græca) hoc est, ad ostium Anagri. Ineptias itaque ineptè de litera T. altercantium mittamus. Non autem curiosè hic sciscitandum censeo, cur etiam oppidum in nova Marchia Angermundum nominetur, quod ab Angrivariis manavit. Amplissima enim loca in mediterraneis obtinuerunt, teste Ptolomæo, *a* qui ait: *Interiores autem & mediterraneæ gentes maximæ sunt, tum Suevi Angeli, qui Longobardis magis orientales sunt, in Septentrionem protensi, ad medium usque Albis fluvium. Tum Suevi Semnones, qui habitant post Albim, à prædicta parte orientem, ad Suevum usque fluvium. Deinque Bugunta, qui reliqua deinde sequentia ad Vistulam usque* flumen tenent. Hinc latè dominatos hos Suevos Angelos apparet, nec disjunguntur ab Angrivariis. Literæ namque aliæ elidi, aliæ immutari, consuetudine loquentium assolent. Non autem veri dissimile est, ab his superesse oppidum Angleem in Pomerania, quasi patria sive domicilium Angelorum appellatum. Nec omnino absurdè fecerimus, si ipsis quoque sedes in Thuringia assignemus, in qua oppidum Sangerhausen vestigia gentis exprimit. Eadem enim vis nominis hujus est, quæ superioris, denotatque patriam sive Anglorum domicilium. Licet namque statuere, illuc partem ipsorum confluxisse, ac consedisse. Alios præterea Brunsvicenses, aut Saxones facere, suprà a nobis citatus Taciti commentator testis est. At Beda presbyter inter Vitas, hoc est, Juttas sive Gotthos & Saxones sedisse autor

a Lib. 2. Geogr. Cap. 11.

 est,

est, in Britanniamque per legatos auxilio contra incursiones & depopulationes Scottorum ac Pictorum accersitos. Qua in re valde eruditorum sententiæ dissident. Quibusdam enim non hos, sed Saxones, nonnullis Anglos, aliis gentis Anglicæ aliam originem fuisse, placet. Marlianus a Britanniæ Majoris, cui nomen Angliæ, partem interiorem ab his incolis, quos natos in insula ipsi memoriæ proditum dicant, commemorat, maritimam verò partem ab his qui prædæ, ac inferendi belli caussa ex Belgis transierant, qui omnes ferè his nominibus civitatum appellentur, quibus orti civitatibus pervenerint, & bello illato ibi permanserint, atque agros colere ceperint. Hinc extitit opinio, eorum linguam ex populorum diversitate conflatam, intelligentia, scientiaque difficiliorem esse, quodque Germanos præter cæteros charos habeant, quia plerique Belgæ orti sunt à Germanis, qui antiquitus Rhenum transierunt, à quibus post Angliæ pars maritima originem sumpsit. Hos Virgilius ultrà Oceanum esse & toto diversos orbe narrat. Hanc insulam, Germaniæ populis subinde in eam classe irruentibus, veteribusque colonis ejectis, Anglorum terram dictam, Marlianus profectò obscurè, cum Belgas ejus cultores affirmet, approbat. Illustrius autem Rhenanus,
b.L.1.RO p.187. *Britanni*, b inquit, *tot jam annis à piratis vexati, quum nulla superesset spes ullius a Romanis auxilii, jamque hostes insulæ partem occupassent, cogitant de Saxonibus conducendis, quorum præsidio occupatores illos Attacottos, Pictos, Scotos exturbare possent. Advehitur igitur cum innumera multitudine per legatos accitus Vortigernus Anglorum, (hoc nationi nomen erat) regulus. Jamque victoriam adversus hostem sperabant, nec infeliciter res procedebat, quum à defensoribus amœnæ insulæ & divitis amore captis, consilium occultum initio de invadando illius imperio. Prætexunt itaque stipendia non soluta, sicque nato tumultu facillime summa rerum potiuntur civibus oppressis. Hinc Winnefridus Anglus, qui postea Romæ Bonifacius est dictus, Archiepiscopus Moguntiacensis,*

at

us Martyr, in epistola ad Zachariam pontificem Romanum, Angliam vocat Transmarinam Saxoniam: In epistola verò ad Edualdum Anglorum principem, Germaniam, vocat antiquam Saxoniam. Ejus verba, quia memoratu digna sunt subscribam. *In antiqua Saxonia,* inquit, *ubi nulla sit Christi cognitio, si virgo in paterna domo stuprata, vel matrona fuerit adulterio polluta, strangulatam illam cremari, & supra sepulchri foveam suspendi violatorem, aut cingulo tenus vestibus recisis, flagellari, castis matronis oppidatim pungentibus, donec interimant.* A Rhenano dissentit Volateranus, libro 3. Geographiæ sic scribens. *Constans Constantii regis filius, se primum Deo canobioque dicans, mox regnum repetens à Vortigerno Gerseorum rege (qui regnum arripuit) de medio tollitur. Hoc tempore Engisto duce, Saxones novas quærentes sedes, in Britanniam appulêre, qui quanquam minimè Christiani à Vortigerno in regni partem excepti sunt, auxilioque ei contra Pictos & Scotos fuêre.* Didonis insuper usi dicuntur astutiâ (de qua Justinus lib. 18. a) ut agrum mercati, quantum pellis bubula operiret, hâc in tenues post divisâ partes, urbem cinxerunt in gyrum, quam suâ linguâ à pellis nomine Thoncasteel nominaverunt. Thon casteel autem Anglica lingua tantum valet, ac si latine dicas corrigia castelli. Hæc Rhenanus & Volateranus multum inter se dissidentia. sed certè longè alia super eadem re Witichindus Saxo, Monachus Corbeiensis, gestorum Saxonicorum lib. 1. b scribit. Hoc enim pacto Britanniam à Saxonibus occupatam memorat. *Britanniaque Vespasiano principe jam olim inter provincias redacta, & sub clientela Romanorum multo tempore utiliter degens, à vicinis nationibus impugnatur, eò quod Rom. auxilio destituta videretur. Populus namque Romanus Martiali imperatore (quem dicat non intelligo, divinare tamen nequaquam licet, ipsum de Martiano sentire, circiter cujus imperium hæc Angliæ occupatio accidit, quamvis non ipse sed collega Valentinianus à duobus militibus peremptus, fertur) à militibus interfecto, externis bellis graviter fatigatus, non sufficiebat solita auxilia administrare amicis, extructo tamen ingenti ope-*

a c. 5. b p. 2.

re ad munimen regionis, inter confinia à mari usque ad mare, ubi impetus hostium fore videbatur, relinquebant regionem Romani. Sed hosti acriori & ad bellandum prompto, ubi gens mollis & pigra non resisteret, nulla difficultas in destruendo opere fuit. Igitur fama praecedente de rebus Saxonicis prosperè gestis, supplicem mittunt legationem ad eos postulanda auxilia, & procedentes legati, Optimi, inquiunt, Saxones, miseri Britti (sic enim Britannos vocat) crebris hostium incursionibus fatigati, & admodum contriti, auditis victoriis à vobis magnificè paratis, miserunt nos ad vos supplicantes, ut ab eis auxilia vestra non subtrahatis: Terram latam, & spatiosam, & omnium rerum copia refertam, vestrae mandant ditioni parere. Sub Romanorum hactenus clientela liberaliter viximus, post Romanos vobis meliores ignoramus. Ideo sub vestrae virtutis alas fugere quaerimus, vestra virtute, vestris armis, hostibus tantum superatis inveniamur, & quicquid imponitis servitii libenter sustinemus. Patres adhaec pauca respondens: Certos amicos Brittis Saxones sciatis, & eorum necessitatibus atque commodis aeque semper affuturos. Legati laeti in patriam redierunt, optato nuntio socios laetiores reddentes. Deinde promissus in Britanniam mittitur exercitus & gratanter ab amicis exceptus, in brevi liberat regionem a latronibus, restituens patriam incolis. Neque enim in id agendo multum laboris fuit, quippe qui jam olim audita fama Saxonum perculsi terrebantur; tantummodo praesentia eorum procul pelluntur. Erant enim hae gentes Brittis adversae Scoti, Pehiti, adversus quos militantes Saxones, accipiebant à Brittis omnia ad usum necessaria. Manserunt itaque in illa regione aliquanto tempore, vicaria Brittorum benè usi amicitia. Ut autem viderunt principes exercitus benè latam ac fertilem, & incolarum manus ad bellandum pigras, se verò ac maximam partem Saxonum sine sedibus certis, mittunt ad revocandum majorem exercitum, & pace cum Scotis & Pehitis firmata in commune contra Brittos consurgunt, eosque regione propellunt, sua dextera regionem distribuunt. Et quia illa insula in quodam angulo maris sita est, Angli Saxones usque hodie vocantur. Haec ille. Facit autem cum Beato Rhenano quod ait, ad succurrendum

rendum laborantibus Britannis fuisse Saxones evocatos, idq; Beda Presbyter indigena ejus insulæ scriptum reliquit: sed quod ab angulo nomen duxisse tradit, repræhensionem ignorationis incurrit. Nam quia Angri vel Angli gens Saxonum dicta fuit, nomen in insula etiam retentum est, ut videlicet Anglo Saxones nuncuparentur. Partiti autem inter se sunt insulam & imperium Saxones atque Scoti, autore Beda, limitibusque ad Caledoniam sylvam interjectis distinxerunt, Britannorumque veteri nomine regnoque abrogato, Angli parti Australi, Scoti Aquilonari insulæ imperarunt. Unde in hodiernum diem illa Anglia, hæc Scotia appellatur. Quibusdam Scotos Germanos fuisse placet, nomenque à peritia tela glandesque mittendi habuisse, Scoti quasi Scutten, id est, sagittarii. Britanni itaque hoc fato patria pulsi & exuti in Armoricas, quæ sic a Cæsare appellantur, civitates concesserunt, illisque nomen Minoris Britanniæ imposuerunt. Uberius hæc & fusius, de prima, antequam westphaliam occuparent sede, exponere visum fuit, ne quem remoraretur, quod in diversis regionibus eorum sedes collocentur. Cernimus autem eorum dominatum angustum non fuisse, tum ex Ptolomæi descriptione, tum vestigiis, quæ in veteri Marchia aliisque locis visuntur. Marchiam autem ab illis antiquitus possessam etiam hac de causa libentius approbo, quoniam suprà aperui, Chamavis primam sedem in eadem ditione assignari, quibuscum adierunt westphaliam Angrivarii. Estque omnino consentaneum finitimas has gentes fuisse, atque ita pariter suis agris excitas, in westphaliam immigrasse, Bructeros ejecisse, eorum possessiones usurpasse. Cumque Bructeri, ut ediserimus, agros Phrysiis propinquos excolerent, citeriores agros ad Visurgin procurrentes, Angrivarios defendisse verisimile est. Imò non conjectura hoc probabile est, verùm etiam insuper vestigiis indicatur. Miliario namque ab Herfortia urbe west-

Westphaliæ satis illustri, à Visurgi duobus distante, adhuc vicus nomine Engern superest, quæ quondam regia sedes Principum Angrivariorum fuit, præcipuè Wedekindi, quem cum Carolo Magno de religionis negotio, quod unà cum reliquis Saxoniæ proceribus, & incolis aversabatur, & oderat, belligerasse, sed tamen ad extremum non tam adversa belli fortunâ, quàm suâ lenitate & mansuetudine expugnatum, imò potius delinitum fuisse, memoriæ est proditum. Ejus autem principatus terminabatur Visurgi. Etsi verò non inficior, eum ultra Visurgin etiam regnasse, tamen Angrivarii ducatus eum non transilebat. Ex his autem apertius etiam, quod lectorem attendere volo, animadvertitur Bructeros, priusquam hi eorum venarentur domicilia, latè ad Visurgin & Amasin gubernasse. Nam Angrivarii, qui tam propinqui Visurgi sunt, etiam Bructerorum agros invaserunt. Unde, quod Ptolomeus a eos in Majores & Minores Busactores distinguit, non, ut alii, Visurgin transeo, limitesq. ipsorum egredior atq. illos, qui intra Albim, (quam amplius ipsorum tractus non fuit) & Visurgin conclusi fuerunt, Majores intelligi dico: sed potius cultores illorum arvorum, quæ Angrivarii post vendicârunt, Majores Busactores fuisse contendo, Minores Chamavos, qui propius ad Phrisios inflexi fuerunt. Non enim exiguos Bructerorum fines vel tunc fuisse, demonstro, quod duas gentes receperunt. Dicamus igitur qui ab hac parte Amasis Visurgi propiores federunt, Majores; ulteriores verò ad Frisios pertinentes Minores apud Ptolomæum intelligi Busactores. Est autem, ut supra diximus, planè veterem chorographiam secutus Ptolomæus. Qua de causa non indisertè VVillichius b Lupianos Bructeris subjicit quippe quorum propter propinquitatem chattes primum, inde jectis his, Angrivariorum exiisse, satis perspicuum est. Nullius idcircò momenti est, ut VVillichium conciliens, comminiscuntur, cum ex Brunsvicensi

a l. all.

b Comm. ad T. c. Germ. p. 2, c. 18.

vicensi regione (nam eò primum eorum ortum referunt) Bructeri Visurgin transmisissent, proximos huic agros occupasse, hincque Lupianos iis comprehendi. Post autem cum longius progressi fuissent, etiam in vicinia Frisiorum limites constituisse. Nam uberrimè expositum est, Westphaliæ indigenas Bructeros primùm fuisse. Hincque terram Brunswicensem invasisse, Hirtaniæque radicem propè contigisse. Ut autem ad Angrivarios redeamus, Tametsi Beda Suevos Anglos duntaxat se in Britanniam trajecisse tradit, non invitus tamen illis assentior, qui cum his abiisse & Angrivarios (qui jam multo tempore in eam demigraverant) Westphaliæ contendunt tum propter gentis conjunctionem & eandem prosapiam, tum quia & nostra Westphalia Saxoniæ nomen eôdem tempore habuit. Frequenter autem Scotos & Pictos in Britanniam impressionem fecisse, passim legitur. Nam Honorius imperator, cujus dominatu terribilibus bellis totum imperium conquassatum & dilaceratum est, præsidium Britanniis misit, quando etiam hostes profligati fuerunt. Cujus memoriam Claudianus ad Honorium conservavit. Apud eundem etiam Britannia de Stilicone Vandalo Honorii legato canit.

Inde Caledonio velata Britannia monstro,
Ferro picta genas, cujus vestigia verrit
Cærulus Oceanique æstum mentitur amictus,
Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,
Munivit Stilico, totam quum Scotus Hybernam
Movit, & infesto spumavit remige Tethys.
Illius effectum curis, ne bella timerem
Scotica, ne Pictum tremerem, ne littore toto
Prospicerem dubiis venturum Saxona ventis.

Sed non ita multò post denuò viribus collectis, belloque redintegrato, insulam presserunt, quo tempore cum nulla in Romano subsidio spes esset, Angli Saxones invitati sunt, qui in præsentia regnum florentissimum cum Scotis & Pictis Britannis oppressis, (uti dictum est) partita, bonæ insulæ parti dominantur. Jam historiam Angrivariorum persequuti, plures Westphaliæ colonos scrutemur.

CAPUT XI.

De Chaucis.

a Praef. Ann. Quamvis verò me non fugit, multis annuit Krantium a convincere, paruisse quondam Saxoniam Cattis, idque ex Tacito præcipuè demonstrare, tamen (quod venia tanti viri assertum velim) cum Taciti descriptione potius convenit, si bonam westphaliæ partem Chaucis decernimus. Ubi namque plerosque Germaniæ populos enumeravit, nimirum Chamavos, Angrivarios, Dulgibinos, quos Ptolomæus b Dulgumnios, sive Dulumnios & Chasuarios, præter hos etiam *Frisios*, ait, c *omnium horum lateribus obtendi Caucos, donec in Cattos usque sinuentur.* Quæ sedium delineatio sanè non invitum inducit, ut pro certo habeam maximam & Saxoniæ & westphaliæ partem ab illis obtentam. Nec discrepant hic viri docti, antiquitatis studiosi, præsertim Phil. d ejusque gener Peucerus, quorum ille sub Bructeris ad Visurgin, Bremam usque constituit, hic in Majores & Minores distinguit, Minores ad Visurgin ubi Brema urbs, Itemque provinciæ Mindensis, Verdensis Longius autem Majores transportat ad Luneburgensem ducatum & veterem Marchiam. Ex quibus apparet, eos etiam westphaliæ partem tenuisse, quod cum primis Phil.

b Geogr. lib. c. 11. c d.M.G. c. 35.

d lib. II. adl.

Ptol. indicat, qui sub Bructeris, quos hujus regionis incolas jam pridem probavimus, collocat. Quod etiam Tacitum diligentius examinanti non obscurum est, qui illarum gentium fines contingere eos ait. Unde omnino decerno, Krantii conjecturas otiosas & supervacaneas, quippe qui suis Cattos locis exportare, in aliaque domicilia importare velit, ceu ab ipsis Westphaliis possessa fuerit, cum duntaxat huic finitimi extiterint. Nec eum Tacitus *a* satis ab omni parte communit in Cattorum descriptione, quæ docet Cattos saltum Hercinium sequi & deponere: unde quidam Thuringos eorum regionem colere astruunt. Præterea mores quoque dissimiles sunt Saxonum, quales quidem illis à Tacito affinguntur. Dispicio tamen, nonnullos Peucers *b* illud pertinaces posse reddere, quod dicit Montem Bructerorum, de quo supra, Melibocum veteri appellatione nuncupari, sub quo Semana sylva versus Brunsvigum & Halberstadium, & mons Asciburgius ad Ascanium. Quod si itaque ab hoc monte (sunt enim Cattimeliboci in Hassia, cujus vestigia declarat comitatus Catzenelbogius) progressos probabile ducimus, ex terra Brunswicensi atque vicinia Cattos propagatos, necesse etiam est, ut statuamus. Quod si ita est, certè gentis Germaniæ perquam vetustæ memoria retexitur. Atqui Beatus Rhenanus *c* non ex his locis Cattos educit, sed quasi indigenas Hassiæ ponit, idque potissimum Meliboci montis appellatione, in hac ditione reliqua, comprobat. Non enim Catthorum nomen in Hessorum commutatum sentit. sed Hessos gentem ex ulteriore Germania partim Catthorum veterum sedes occupasse, qui vel bellis erant assumpti, vel cum Alanis in Hispaniam, cum Alemanis in Martianam sylvam concesserant. Ex his itaque quosdam tanquam valentis & præstantis populi reliquias Meliboci montis accolas remansisse, nec suis se sedibus commovisse. Hujusque rei argumentum esse nomen Catzenelbogiorum,

a c. 30. & 38.

b l. c.

c l. 2. R. G.

giorum, quos sic vernacula simplicitas, pro Cattis Melibocis dixerit. Ex quibus sanè cognoscitur, ipsum in Hessorum terra Melibocum montem, cujus Ptolomæus meminit, collocare. Quæ res me etiam movet, ut statuam Catthos in iis locis non advenas, verum indigenas habendos. Quocirca nequaquam hîc cum Krantio facio, nec à Catthis primordia gentis Saxonicæ capio, sed potius ad Rhenani & Peuceri conjecturam accedo, qui Chaucos Saxonum parentes suspicantur. Sed unus ersum hanc rem in nostro de Saxonum ortu, commentariolo latius & exquisitius disquisivimus. Chaucones autem & Cayci sub Hornunio monte Ascaniæ finitimi fuerunt, Paonibusque ac Mysis Homerus adjungit. Inde ergò ad hæc nostra loca aspirasse absurda ratio non est. De Catthis tamen pugnaciter contendere nolim, eos prorsus a Saxoniæ ora quasi resectos & discretos, Nam video, in westphalorum terram usque eorum fines projectos. Ex quo qui volet, & Catthos adscîscere in westphaliæ colonos poterit. Australis enim westphaliæ portio ad Cattuarios ipsis subjecta fuisse videtur. In septentrionem verò vergens magnaque pars in occidentem ad Frisiorum latus declinans, Chaucis cessisse. A Claudiano Chayci in Germania dicuntur, ut cum de Stilicone scribit: *Responsa dabit legesque Chaycis.* Alibi etiam eundem Stiliconem effuse laudans, Chaycos Rhenum accoluisse significat: *Ut jam trans fluvium* (Rhenum scilicet) *non indignante Chayco. Pascat Belga pecus.* Quamvis & Franci eo nomine ab illo dicantur. Pro coronide hîc libenter exquirerem, fuerintne Germaniæ indigenæ Chauci, an vero advenæ. Sed cum in Saxonum primordiis hæc diligentius accuratiusque pertractanda sint, ne duobus locis eadem inculcem, nunc eo labore supersedeo.

CAPUT

CAPUT XII.

De Longobardis.

His omnibus Longobardos aggregandos seu annumerandos video. Quoniam Ptolomæus a Rheno propinquos tradit, quod quidem alii de Brabantis, quod ji Sicambris, quos Gelrenses intelligunt, confines sint, interpretantur. Quod verò hunc quidam conficere volunt in Westphalia primum quasi natos & editos, commentitium & planè nugatorium est. Quemadmodum turpius fœdiusque hallucinantur ii, qui ex insulis maris Arctoi ortû habere confirmant. Quamvis illic aliquando commoratos vero dissimile non sit. Sed ineptius à veroque alienius est, quod historia Nicephori Ecclesiastica ait, Longobardos & Avares divisos ex Gipedibus seu Gepidis. Qui error inde natus videtur, quod cum Gipedes Pannoniam obtinerent, eandemque Longobardos incoluisse constaret, horumque recentior quam illorum memoria esset, ignari veræ originis homines, Gepidarum sobolem existimaverunt. Cæterum quod ex Ptolomæi descriptione in Westphaliæ incolarum numerum Longobardos reponimus, non ita est intelligendum, ceu hujus ætate in eam migraverint, sed quod etiam ante Tacitum eam possederint. Hic enim in patriis sedibus ad Albim collocat. Quid ergò? Ptolomæus post Tacitum floruit, Ex quo consequens illud esse videtur, Ptolomæo vivente Longobardos in Westphalia fuisse. Sed memoria tenendum, Ptolomæum chorographiam primam & antiquissimam Germaniæ, quæ unquam Romam perlata fuit, adhibuisse. Hquod vel ex eo demonstrari potest, quod Sicambros, quorum Tacitus in Germaniæ populis non meminit,

 Rhenum

Rhenumque sub finem imperii Augusti in Galliam Belgicam transierant, inter Germanos numerat. Interim tamen idem *a Lib.* Ptolomæus, *a* avita eorum domicilia significans, sedem Longobardorum circa medium Albis ad ripam occidentis, qui tractus nunc ad Episcopatus Magdeburgensem & Halberstadensem pertinet, esse scriptum reliquit. Cum hac Ptolomæi designatione Strabo *b* & Tacitus *c* conveniunt, qui *b Geogr. l. 7. c De mo. Germ. cap.* contra hos ab orientali Albis parte ad Suevum, nunc Spream fluvium, Suevos Semnones habitare asseverant, ubi hodie vetus Marchia. Non autem perpetuò in his terris delituisse, neque unquam ad terminos suos proferendos & dilatandos animum adjecisse, existimandum est. Nam, ut paulò supra ostendimus, Coloniam, eamq; pervetustam in Westphaliam deduxerunt. *d l. 2. c. 117* Velleius *d* præterea cis Albim positos Longobardos à Rheno venienti docet, Chaucisque finitimos facit. Floruit is temporibus Augusti & Tiberii. Ex eo itaque cognoscitur, non ab illis Magdeburgensem & Halberstadensem regiones duntaxat cultas, sed latius etiam eorum dominatum propagatum in Luneburgensem ditionem, quod & Ptolomaica descriptio comprobat. Nec enim dubium est, quin Barduwigum oppidum ab Heinrico Leone dirutum Longobardorum nomen retulerit, veteremque ipsorum sedem indicârit. Frequenter enim Bardi in historiis vocantur. Wig itaque vel productionis causa ad Bardorum nomen adglutinatum est, vel significat Bardorum extremam oram, seu sinum. His vestigiis indicatur, eos etiam aliis in locis degisse. Quod verò nonnulli iis etiam insulas Germanici maris assignant, hanc rationem habere potest, postea forsitan ab aliqua valentiore gente pulsos eò diffugisse. Non tamen protinus hinc infertur, ex iis insulis propagatos, cùm aliunde in eas sint infusi. Res expedita est, cùm tam evidentibus vestigiis muniri possit, quâ facultate in aliarum gentium sedibus colligendis certe destituimur. Nec

enim

etiam obscuriora indicia sunt in Magdeburgensi Diœcesi, quibus & eam olim incoluisse comprobetur. Reliqua enim adhuc particula nominis Longobardici in illa circa Magdeburgum plaga est, quæ auff der bord teutonicè dicitur. Quod Germanicum vocabulum fundum seu agrum, in quo percipiendi fructus annuos servitus est, significare videtur, & ab onere proventuum fluxisse. Atque eam ob causam non absurdum est existimare, hanc ditionem propter fertilitatem & soli feracitatem fuisse velut horreum reliquarum aridiorum. Nam & hodierno tempore quasi alumna & Ceres est frumentum subministrans largè aliis aliquot minus fœcundis regionibus. Unde nomen non à longis barbis seu cuspidibus, sed loco plano & ubere formatum videtur, quod planiciem longam vallibus subjectam significat. Sed hactenus de Longobardis, quos ex solo Ptolomæo Rheno vicinos extitisse, perspectum habemus. Reliquæ Longobardorum in Noricum, & Pannoniam, indeque in Italiam migrationes, aliunde petendæ sunt.

CAPUT XIII.

De Francis.

DE iis adhuc populis exposuimus, quorum tum Cæsar, tum Tacitus meminerunt, quosque in westphaliæ cultoribus haberi posse observavimus. Cæsaris priore loco, quippe qui vetustior, etiam vetustiores gentes prodidit, perstrinximus. Posteriore verò Taciti commentarium perlustravimus, quem aliquoties jam aliquot annis Cæsarem sequutum, monuimus. Hic ergo partim eosdem cum Cæsare attingit, partim & de quibusdam recentioribus explicat. Jam enim Ubii, qui Cæsari TransRhenani sunt, Rheno transmisso,

in Belgas intrarant. Sicumbri etiam Rhenum transgressi, solum verterant. Adhæc Bructeri, de quibus apud Cæsarem nihil (quos tamen ex parte agri westphalici cultores posuimus) paulò ante Taciti ætatem, ut ipse narrat, advenarum vi & ferro exterminati, aliis in locis consederant. Postremò & Longobardorum memoria in illis locis prorsus sublata fuerat, quorum neuter nec Cæsar nec Tacitus mentionem in hoc westphaliæ tractu facit; Ptolomæus tamen eorum nomen conservavit. Postulat itaque nunc locus ut & insequentium temporum historias perquiramus, experiamurque, possimne plures coloni veteres adduci, an hic finis susceptæ tractationis faciendus. Occurrunt autem in sequentium historiarum monumentis Franci. Quos cum westphaliæ vetustis colonis conjungendos, difficile probatu non erit, si modò ipsorum originem & primordia antea discussérimus. Et sanè admodum sese involuerunt, quicunque de hujus gentis ortu scribere aggressi sunt. Sed quid dico, involuerunt, imò meras nugas & ineptias excogitarunt, commentique sunt, dum nihil certi exploratique haberent, & tamen posteris aliquid memorabile prodere certatim contenderent. Hinc fabulæ natæ de filiis Hectoris, à quibus Francici sanguinis & gentis initia ducuntur. Hinc fabulosa distinctio Sicambriæ in eam quæ propinqua sit Mœotidi paludi, & eam quæ Rheno. Homines stupidi & excordes, cùm forsitan quasi per somnium accepissent, Sicambriam Francos obtinuisse, ilico emotiti sunt hanc distinctionem. Gloriosum enim esse crediderunt, si potius à lacu Mœotico hanc gentem suam educerent, quam è Germaniæ corpore (cujus laudi subinvident) derivarent. Sed facessat fabulosum & nugis deditum seculum. Quod res est inquiramus. Primum autem operæ pretium judico originem pervestigare. Sed nemo unquam exquisitius seu diligentius tanquam è cuniculo eruit ejus gentis primordia Beato Rhenano.

nō. Cujus par erit omnium nobis sententia potior sit. Is eorum primas sedes ad tractum litoralem maris Germanici refert, atque Chaucorum, de quibus supra, sobolem asserit. Indeque cum Galliam itinere pedestri incursare constituissent, præcipue Bataviam & extrema Galliæ per Chaucos & Frisios infestasse. Primum omnium Gallieni imperatoris dominatu produntur, quando tragica illa & sanè tristis triginta Cæsarum laniena accidit, qui partim mutuis bellis, partim à militibus confossi, miserrimè occiderunt. Ex his unus præstans, Galliæ præses Posthumus, septennium imperatorio nomine salutatus, cùm Gallienum adversus se militares copias comparare cognovisset, Francos qui tunc primò ad Rhenum aspiraverant, sibi consociavit. Ut autem in Gallieni historia primùm attinguntur, ita in sequentibus maxime percrebuerunt. Non tantùm verò terra, sed & mari pelagoque nominis immortalitatem pepererunt. Piratas enim nobiles fuisse palam est, in quo studio, ut alibi dicetur, haud impigros socios Saxones habuerunt. Ut jam nemo ambiguum habere possit, Germanicum Oceanum eos accoluisse, id quod de Saxonibus, quorum finitimi sine omni dubio fuerunt, constat. Non autem pauci Cæsares, quod Francorum classes profligārint propulsârintque, laudantur. Primum Diocletianus & Maximianus à Panegyristis diffuse, non solum quod Francos sed & cum his conjunctos Saxonés piraticis rapinis vacantes, fregerint repreſſerintque. Item Constantius Constantini Magni pater, quod multa Francorum millia qui Bataviam, (quam paulò supra ipsos captasse significavimus) aliasque cis Rhenum terras invaserant, interfecerit, depulerit, abduxerit. Itaque non modo Galliæ, quam appetebant, ab eorum incursionibus periculum erat, verùm etiam longinquioribus, ut Hispaniæ, cujus extremas oras infestas habuisse Nazarius ad Constantinum autor est. Quinetiam Panegyristes ad Maxi-

 mianum

mianum meminit paucorum Francorum sub D. Probo captorum, proculque in Pontum transportatorum, qui à ponto usque navibus arreptis, Græciam Asiamque populati, nec impune plerisque Lybiæ littoribus appulsi, ipsas denique navibus quondam victoriis nobiles ceperunt Syracusas, perque Oceanum tandem ad suos reverterunt. Sic mari externas regiones divexarunt. Non minus tamen terrestribus prœliis celebres, fere. Aurelianus enim Cæsar dictus Impp. prior, tunc Legionis sextæ Gallicanæ tribunus apud Magontiacum, Francos irruentes, quum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. Unde de eo cantilena militaris facta est, *Mille Francos, Mille Sarmatas semel occidimus.* Præterea, Constantinus, adolescens adhuc cum Franci immemores fœderis cum ejus patre Constantio facti, denuo Galliam incursarent, illos depellere aggressus est, nec defuit fortuna. Siquidem duos Francorum reges cepit, Ascharichum & Ragaysum, quorum vitæ non pepercit sed in terrorem Francorum, datis excruciatoris suppliciis, trucidari jussit. Supplicii hujus genus explicat Eutropius, *a Constantinus, inquit, in Gallis & militum & provincialium ingenti jam favore regnabat, cæsis Francis atque Alemanis, captisque eorum regibus, quos etiam bestiis cum magnificum spectaculum muneris parasset, objecit.* Ut autem ad id tandem aliquando, quod agimus, veniamus. Cum toties in Galliam Franci eruptissent, toties cum Romanis congressi, regionis naturam lustrassent, non tam prædæ insatiabili & inexplebili cupiditate, quam soli ubertate ad eam occupandam atque colendam invitati allectique sunt. Quocirca, ut expeditiorem & commodiorem eruptionum facultatem haberent, propinquiora loca aucupati sunt, atque ab Oceano Germanico recesserunt, & ad Rhenum in Tencteros juxta Chamavos, veteres illas Sicambrorum sedes usque ad Mœnum amnem & Salam, etiam

Cattho-

Catthorum locis partim occupatis, demigrarunt, ut autor est Rhenanus. Ex qua descriptione liquet, bonam Westphaliæ partem eos excoluisse, cum supra fuse probatum sit Tencteros, Chamavos, & Sicambros ejus colonos extitisse. Cæterum cum controversum non sit, regnante Constantino Sicambrorum regionem & Bataviam, hoc est, Hollandiam Francos capisse, Constantii, hujus filii principatu hanc migrationem accidisse, non est absonum. Hinc jam cognoscitur ejus fabulæ, quam paulo supra attigimus, origo. Cum enim regionis, quam occupaverant, nomen illis tributum esset, varii homines & meruditi gloriosum rati, primordia è longinquis locis ducere, nugas de Sicambria Asiatica, quæ prima Francorum patria sit, protulerunt. Sed ejusmodi ineptias mitto. Notatu dignum judico, quod Rhenanus ait, *Sicambros Francos saltem finitimos extitisse.* Ex quo apertius etiam perspicitur, Westphalis annumerandos, siquidem non tam longè ad Rheni ostium protenduntur, sed Ubiis apponuntur. Ut enim Ubii sinistram, sic Franci dextram habuisse traduntur. Unde Ausonius: a

Accedant vires quas Francia, quasque Chamaves
Germanique tremant, tum verus habebere limes.

Eodem illud Claudiani ad Stiliconem, qui, cum Theodosii jussu Galliæ & Germaniæ concordiam restitueret, regiones has Albi & Hercyniæ vicinas perlustravit, pertinet. b

- - - - - - - - - Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo mitescere cogis,
Ut Salius jam rura colat, flexosque Sicambri
In falcem curvent gladios, geminasque viator
Cum videat ripas, quæ sit Romana requirat.

Constat autem ex Marcellino c per Salios Francos intelligi, quæ appellatio à fluvio Sala manavit. Ex quo conficitur, eam Francorum portionem, quæ ad illum amnem aspiravit, hoc

a in Mosella.

b l. 1. de laudib. Stilic.

c l. 17.

I 2 nomen

nomen habuisse. Sed cum Ammianus diserte scribat, consuetudine Francos Salios dictos, utrunque promiscue illis nomen attributum suspicor, vel certè Saliorum ab iis, qui in Germanica Rheni ripa restiterunt, usurpatum, Francorum in Galliam importatum. A Salus namque, oppidi in westphalia eo Coloniensis provinciæ tractu, quem hodie Sörland / id est sterile & aridum solum, nuncupamus, superare arbitror, quod Saelingk (veteri Francorum pronunciatione, qui productione syllabæ ingk in dictionibus libenter utebantur, ut in familiarum hisce appellationibus apparet, Merovingi à Meroveo, Carolingi à Carolo, Hinc & Lotharingia à Lothario Cæsare Caroli nepote nomen invenit) nominatur. Sicut in Mœni ripa Saelingstadium tanquam Saelingorum oppidum est appellatum. In westphalorum terram Francos quidem migrasse, sedesque fixisse audivimus, Tencterorumque veteta domicilia occupasse cognovimus: quibus tamen finibus conclusi fuissent, aliquis requirere posset. Quantum mihi quidem videre licet, animadverto, eam Westphaliæ partem ab iis fuisse cultam, quæ Rheno & Amasi interiacet. Reliquam enim ab Amasi ad Visurgin Saxones tenuerunt, Quos etiam, Francis in Galliam infusis, in ipsorum loca successisse, nemini dubium esse opinor. Sed hæc planius uberiusque in Saxonum primordiis discussimus. Iis autem in locis commoratos Francos, duobus documentis utique firmis, & certis, planissimè demonstrari potest. Quorum alterum à Ruperto quem Tuitiensem dicimus, literis est proditum, alterum Beatum Rhenanum *a* indicem præ se fert. Hic enim narrat, se in charta provinciali sub ultimis imperatoribus depicta, atque in bibliothecâ quadam a Celte reperta, oppida ab Olbis Rheni ascendendo, sic spectasse, *Carvo XIII, Castra Herculis VIII Noviomagus VI. Burginatium V, Columna Traiana XL, Vetera XIII, Asciburgium XIIII; Novesium XVI, Agrippina.*

a lib. 2. rer. [margin note]

pinx. At qui trans Rhenum fluvium, quem linea protracta designat in dextro latere, & à parte Germaniæ hoc vocabulum adscriptum

F R A N C I A,

versus Rheni ostia verò Chamavi, qui Elpranci, Item Chauci, Vapluarii Chrepstini. Ex qua commemoratione, si vacaret, plures etiam westphaliæ incolas expromere possemus. Ille vero memorat. In cœnobio Divitensi contra Agrippinam, vulgus Tuitium vocat, quum murus quidam dirueretur, repertam esse tabulam lapideam, cum inscriptione, quæ significaret, *Divitense munimentum in terra Francorum sub Imp. M. Val. Constantino pro militibus illic in tutelam Galliarum collocandis esse erectum.* Hic autem committere non possum, quin vulgatum errorem de hoc oppidulo (quem multi tamen tanquam oraculum seu mysterium, non omnibus pervulgatum, arroganter & maniter venditant) notem, Vulgus namque penitus hac opinione imbutum est, ut existimet, Tuitium à tuendo nomen duxisse, idque germanum & verum esse, ideoque magnoperè eos delirare, qui à Teutonibus derivent. Huic vero suæ notationi Chronico Coloniensi quod eo prodita sit, fidem facere parati sunt. Error autem inde natus videtur, quod paulò ante, præsidium illic à Constantino ad Coloniæ defensionem positum, tradidimus. Sed quid si Coloniensium annales hac in re falsos demonstraremus? certè tanquam clavus clavum evellit, error errorem confoderet conterelleretque. Hujus autem antiquitatis restitutor, ut multarum aliarum, est Rhenanus, qui ex Ammiani lib. 27. hoc testimonium adducit. Adscito, in societatem laboris, Severiano, itidem comite invalido & longævo, qui apud Calidona Divitensibus præsidebat, etiam tunc Græcanis. Divitenses verò alius in locis militantes vocat, de veteri consuetudine. Solitos enim milites, aliunde acceptum nomen, etiam alibi merentes retinere constat, Nam, ut idem

a Lat. Rhe. *a* autor est, liber vetus de præfecturis Romanis ostendit, Divicenses Gallicanos sub Magistro militum per Thracias militasse. Hinc ergò liquet, quæ genuina sit ejus civitarulæ appellatio, quam postmodum ineruditum vulgus, speciosa tamen ratione depravavit. His quidem argumentis, quæ loca tenuerint Franci, (quæ videlicet contra Ubios in dextra Rheni ripa sunt) perspicuum esse arbitror. Accedit huc, quod memoriæ traditum est, Constantium Constantini M. filium Julianum patruelem ad imperii consortium ascitum adversus Alemanos misisse, quos etiam magno prælio prope Argentoratum fuderit. Eundemque postea ad Coloniam Agrippinam descendisse, eamque à Francis bello captam, vindicasse. Cùm enim solo Rheno ab urbis accessu discriminati essent, aliaque bella Rom. exercitus in Oriente distinerent, facilis & expedita urbis fuit tum obsidio, tum expugnatio direptioque. Cæterum citra rejectionem, originis Francorum nominis exquisitionem huic loco appenderem, nisi unius gentis, quæ Francica proles est, mentionem paucis interponendam censerem. Cum enim Francicæ stirpis progenies (quæ quidem aliquando Westphaliam habitarunt) persecutus fuero, videor mihi non intempestivè nec præpostere de generali nomine explicaturus. Fuerunt itaque nationes plusculæ à Francis vel propagatæ, vel quod sub eorum potestate essent, soboles eorum creditæ, quarum numero sunt Franci Attuarii, qui fuêre, ubi nunc Leodium est, quos non multò pòst, quam Coloniam Julianus recepisset, devicit. Præterea Ansibarii, quos in nostræ patriæ quondam colonis habendos breviter docere instituimus. Quod ad horum ortum attinet, tale quid de eo Tacitus memoriæ prodidit. Primum scil. à Chaucis pulsos, vacuos juxta Frisiorum regionem agros excoluisse, indeque rursus ab Avito inferioris Germaniæ legato expulsos fuisse, sed Francorum gentem utique extitisse. Primum itaque in

patrio

patrio & natali solo, è genere Francorum Ansibarios propugnatos, hunc certum exploratumque est: Nec minus perspicuum, Francos Chaucis ad Oceanum Germanicum finitimos, vel potius ex iis propagatos fuisse. Quo verò Ansibariorum reliquiæ (ab Avito enim penè ad internetionem concisi, autore Tacito, fuerant) se contulerint, quærì posset. In Westphaliam itaque eos concessisse cur dubitem, rationem nullam video. Tametsi temporum intervalla dubitationem aliquam hic objicere & parere posse videntur. Ansibariorum enim ex Frisia depulsio Tacitum præcurrit, Francorum verò ad Rheni dextram ripam eruptio multò posterior, ut supra diximus, extitit. Quare, vel Ansibarii, tantisper donec Franci accurrerent, in westphalorum ora delituerint, vel cum Francis inductum sit, vel domicilius jam ab iis hic paratis, rursus emerserit increbueritque Ansibariorum nomen, necesse est. Siquidem Julianum, Rhenô transmissô, regionem subitò pervasisse Francorum, quos Ansuarios vocent, eosque securos, quod nullum ad suos pagos introisse principem meminissent, adortum levi negotio superasse, Ammianus referente Rhenano, scriptum reliquit. Ex quo loco intelligitur, non fuisse nobis Ansibarios, seu, ut postea appellari suot, Ansuarios prætereundos. Nunc quæ nominis sit origo scrutemur. Indigenam autem Germaniæ gentem esse, non aliunde appulisse, verisimile est. Quamobrem Peucerus *a* scribit se dubitare, an ab Alanis ducat, an sinat indigenam & vetustam Germanicam gentem, quæ contra advenas jura vetera libertatemque defenderit, depulso à cervicibus suis servitutis jugo, quod peregrinæ gentes intentârant, & libertatis memoriam conservatam, novo gloriosoque Francorum titulo ostentârit, ac celebrârit, nominibus gentilicüs abolitis. In posteriorem hanc sententiam magis se inclinare profitetur. Nomen itaque assertæ libertatis a l. 2.

argu-

argumentum in historiis illorum temporum esse notum, qui meminerunt penè circa eadem tempora, utrorumque Alemanorum & Francorum. Appellatio igitur libertatis notionem habet. Dicti enim sunt Franci, quasi die freien, pleniore, crassiore, & impolitiore, qualis tum fuit, sermonis seu linguæ charactere. Propterea itaque, quod soli Germanorum servitutis jugum a suis cervicibus depulerint, hoc gloriosum nomen sibi arrogârunt. Cum ergò, ut arguimus, veterum Francorum pronunciatio valde agrestis, minusque dolata, quam postea usus expolivit, fuerit, nemo cogitabit nomen Freien in Francorum immutatum, sed dialecti proprietatem vocem ita finxisse & formasse. Ad quam rem explicandam & illustrandam illud afferre placuit, Juris interpretes in beneficiorum militarium, quæ Feuda vocant, tractatione, de quodam feudo seu præmio differere, quod Franchum nuncupant, idque interpretantur liberum. Quod quantum oblectamentum mihi de notione nominis meditanti & exquirenti attulerit,
a l.c. non facile dixerim. Cum enim antea in Phil. Chronicis *a* animadvertissem de ejus sententia Francorum nomen libertatis symbolum vel notam præ se ferre, eandemque opinionem Peucerum tenere, incidissemque in Franciscum Curtii
b l.2.p.1 q.9. de Feudis tractationem, *b* occurrit, ut dixi, Franchi feudi luculenta ac copiosa explanatio. Ex qua ilico cepi suspicari, vel potius evidenter colligere & definire, omnino nominis significationem cum hoc vocabulo Franco concordare. Ideoque rem niveo lapillo notandam duxi, hocque loco non importuno cum candidis lectoribus communicandam. Notionem autem tum ex proprietatibus seu jure hujus feudi, tum
c in Præ bald. V. feud. n. 3. perspicua Baldi sententia *c* elicui, qui feudum Francum dicit, ab immunitate præstandarum operarum, sive servitiorum. Hujus modi namque feudum consequutus, præter alia munia, quibus vacat, non tenetur ad ullum Domini imperium

para-

paratus esse. Cum pervulgatum sit, cæteros vasallos obsequiis militaribus, quotiescunque exigit jubetque dominus, devinctos, Sive itaque à Longobardis (qui juris hujus autores feruntur) huic generi positum nomen, Itali Doctores acceptum usurparint, Sive Galli, postquam Franci Germani, eorum regnum invaserunt, ex horum sermone verbum formarint, nihil interest. Nam Germanicum utique ex eo intelligitur, quod utraque gens ex Germania ortum habet, cumque non longe disjuncta esset, eodem ferè sermonis idiomate usa est, ut nihil dubitationis injiciat, ab utris vocabulum primum manaverit.

CAPUT XIV.

De Saxonibus.

DE Francis quidem hæc differere visum fuit, finitimum his est, ut ad Saxones vela dirigamus. Sed hos, quoniam nostratibus sua cum ipsis propinquitas est explorata, & quia de ipsorum primordiis separatim tractationem propediem dabimus, breviter perstringam. Quod verò jam demum post enumeratos populos eorum mentionem habere dignemur nemini mirum sit. Omnium namque novissimè in historiis prodiri reperiuntur, atque post Francos westphaliæ tractum invasisse, aliquandiu tamen cum Francis (Amasi ab eis disterminati) consedisse scribuntur. Phil. a Valentinianis primis dominatu percrebuisse narrat. Sed vetustiorem eorum fuisse memoriam ex Eutropio b constat, qui in Diocletiano memorat, Francos & Saxones mare Gallicum infestum habuisse. Ex quo intelligitur, societate quadam in Gallia vastanda & captanda inter se devinctos: Quinimo conterminos

a l. 3. Chron. Car. b l. 9.

K fuisse,

fuisse, quomodocunque perspicitur. Idque non tantùm, ut antea probavimus, intra Westphaliæ limites, sed ad mare Germanicum in patrio natalique solo. Siquidem utrisque de sedibus Marcellini a locus, quem subjiciam, accipi posse videtur
a l. 27 Gallicanos verò tractus Franci & Saxones iidem confines, quò quisque erumpere potuit, terram vel mare prædis acerbis, incendiisque, & captivorum funeribus omnium violabant. Quoniam verò ætas Ammiani (meruit enim in Germania imperatoribus Constantio & Juliano) ne de confinio in Westphaliæ ditione, harum duarum gentium intelligatur, refellit, age condocefaciat saltem, in littore Oceani continenteque, propinqua domicilia obtinuisse. Nec enim parum hoc valet ad demonstrandas, quas supra ostendimus, priscas eorum sedes. Eatenus porrò hanc opinionem infringit evertitque ejus ætas, quia longè post Saxones, æmulatione Francorum extimulati, Westphaliæ portionem occuparunt. Francos, quo tempore Ammianus floruit, hoc est Constantii, ad Rhenum confluxisse superius planum factum est. Nec hoc modò, verùm etiam in Galliam infusos, dulcissimis prædis, uberrimoque solo, ac cœlo aereque temperatissimo atque saluberrimo potitos fuisse. His bonis affatim perfrui indiesque magis ac magis affluere accumularique cùm cernerent Saxones, simili fortunæ prosperitate & gratia se usuros persuasi, animum & ipsi induxerunt, eorum exemplo in Romanos fines incursionem facere. quippe qui nullis in bellorum muniis ipsis concederent, æqueque magnanimos infractosque aliis rerum monumentis se professi fuissent. Sed fefellit eos opinio. Valentinianus enim priusquam Rhenum tranarent, eos in Francorum finibus cecidit, retroque cedere adegit. In quibus refutandis & repellendis obscurus quidam Gallicus scriptor, obscurè sanè Francos ab Imperatore fuisse tradit. Quod etsi valdè probabile existimari ea re, quod Francis solis Galliam invadere deliberatum esset, potest, tamen cum

cùm fabulosè à fabuloso homine commemorentur, prætereo, alibi fortasse si genius suggesserit, planius proditurus. Sic itaque Saxones spe conatuque abjecti, Cæsarisque copiis occurrentibus rejecti, desolatas Suevorum, aliarumque nationum, quæ dudum Alemannis demigrantibus se copulaverant, loca Albi & Visurgi terminata, etiam ad Rhenum vergentem regionem quæ hodie westphalia est, proximè Francos occupant. Cùm ergo eo tempore Francica gens in westphalia ad Rhenū commoraretur, non universam illis tum Saxoniam cessisse apparet. Quibus itaque ab his fuerint terminis secreti & divisi, locus postulat, aperiatur. Cujus rei exquirendæ molestiā sublevavit nos Phil. quo haud scio, an disertius quisquā, quod quærimus, literis mandaverit. *Is in Valentiniani vita limites veteris Saxoniæ fuisse ait, ad Occasum Amasim, ad Ortum Albim, ad Meridiem Boiemos & Francos, ad Septentrionem Cimbricam Chersonesum, & vicina littora Henetos.* Ex qua distinctione perspicitur, primò in Westphaliam appulsu, Saxones tractum Amasi & Visurgi conclusum in possessionem accepisse, Trans Amasim nimirum agros ad Rhenum protensos, Francis tenentibus. His Fortunæ vicibus ex insulis in continentem Saxones sunt effusi, è continente in medium quasi gremium, &, ut dici solet, umbilicum Germaniæ penetrārunt, Saxoniam (cui nomen hoc attulerunt) & Westphaliæ, quam delineavimus, partèm incolentes. Aliquanto post tempore Imperii summam Honorio gerente, quibus epulis antea magnis præsidiis, excubiis, impendiisq; fuerant prohibiti Franci, ad eas etiā ultrò invitantur. Cùm enim Lucius præses Romanus, Senatoris Trevirensis uxorem rapuisset, justo dolore Senator ustus, ad petulantiam injuriamq; Romani adulteri vindicandam Francos faucibus luantibus voracibusque ejusmodi dapes desiderantes, evocavit; qui Rhenū transgressi, Belgicumq; emensi,

Trevirorum urbem citra negotium ceperunt, occupáruntque. Etsi verò initium regni Francorum ab hac Trevirorum deditione sumitur, ab omni tamen parte communitum sæpiùsque non fuit, fortiter Galliam Narbonensem, reliquamque vicinam, Etio defendente, grassatoresque repellente. Quo (calumniosè a Maximo primate Romano, cujus conjugem dolo ad concubitum stuprumque impulerat Cæsar, apud Valentinianum Tertium de affectato imperio delato) interfecto, omnis pubes Francica, quæ forte intra Westphaliam restiterat, priore eruptione mota, hac exemplo auspiciisque Rhenum trajicit, cum cæterisque conjungit. Est itaque eo casu, aditu ad reliquam Galliam patefacto, omnem Celticam invadunt, atque ita Belgica atque Celtica Gallia potiuntur. Sic Francorum, quæ in dextra Rheni ripa tenuerunt, locis desertis, Saxones, quasi suo bono hæc migratio contigisset, omnem Francorum & (qui his permisti erant) Chamavorum terram aucupantur, totamque, quæ nunc id nomen habet, Westphaliam colonis complent. Hæc cum ita se habeant, quis quæso non videt, universam Westphaliam ad Rhenum in Sicambrorum tractum inflexam, ad Frisiorum item latus adnixam Saxones possedisse. Quo magis homines nostri ævi [illegible] dissunt, qui magnam partem ab ea discindunt separantque, ad alias, nescio quas, regiones referentes.

Iterum hic Suevorum memoria refricanda est. Sed quoniam suprà quam fusissimè & latissimè de iis dissèruimus hoc loco attigisse atque monuisse satis fuerit, denuo in Westphalos eorum agmen involasse, sedesque quæsivisse. Animadvertendum verò, non è quibus antea domiciliis produsse asseveravimus, nunc eruptisse. (Nam loca eorum ad Albim paulò antè Saxones occupasse audivimus) Sed a capite Danubii & Hercyniæ sylvæ, quibus locis hodie Suevorum nomen frequentatur, in veterem patriam remigrare voluisse.

Quan-

Quanquam non pugno, si quis eum Philippo Mel. a ex Pomerania educat. Quod si ita est, non omnes, ut supra diximus ex Rhenani b sententia, recesserunt, verum reliquias in patriis restitisse tectis statuendum erit, quæ postea, desolata colonò Westphalia, in eam invaserint. Nam & Pomeraniam Suevos obtinuisse inter omnes constat. Nos verò à Martiana sylva eos recurrisse ea re affirmavimus, quod Suevorum loca Saxones colonò replevisse antea dixeramus. Etsi fieri potuit, ut Suevis in Pomerania reliquis excisis, eò usque etiam Saxonum pubes postea infunderetur. Verum hic, quod cuique probabilius videbitur, tenetor. Loca vacua in Westphalia, in quibus Suevi considerent, fuisse inde perspicuum est, quod Saxonum (hoc enim generali nomine tum etiam Westphali continebantur) portio cum Longobardis in Italiam concesserat. Longobardi autem, quos supra Germanicam gentem docuimus, 5. Justini, Justiniani Imperatoris patris adoptivi, Christi 526. anno Pannoniam, vel à Francis expulsi, ut Rhenano, vel Sclavorum (quorum tamen nomen tum incognitum erat) violentiâ extrusi, ut Peucero placet, c vel uberioris soli, quod fœcundum satis habebant, gratiâ invaserunt atque occupârunt, annosque 42. ad Christi 568. tenuerunt. Cum enim Narses Eunuchus post Bellisarium summus dux in Italiam adversos Gottos à Justiniano missus, in his debellandis & extirpandis, Longobardorum subsidio & auxilio usus esset, ac postremò similis, qualis Bellisario, gratia referretur, quo rependeret malevolorum obtrectationes, vanas suspiciones, & ingratitudinem sibi præstatam, Longobardos in Italiam accivit, qui ante conspectis urbibus splendidis & magnificis, ad hæc soli ubertate ac commoditate explorata, facilè eò inducti sunt. In hac itaque in Italiam profectione, socios Saxones habuerunt, seu conductos, quo firmiores numero-

a Lib.

b Lib. [illegible]

c Lib. 4. ad Chron. Car.

fioresque in Italia invadenda essent, seu fœdere devinctos, præmiove allectos, tanquam partam ipsorum ope auxilio Italiam, æquali jure administraturi essent. Suevos etiam in hac expeditione cum Longobardis fuisse literis proditum est. Cum autem miræ confusiones & lætiens in novo Longobardorum hoc regno enascerentur, multaque ab ipsis tyrannicè & libidinosè fierent, pertæsi eorum dominationis Saxones, nihil prius propter innatam ipsis justitiam, & moderationem fuit, quam ejusmodi turbulentis rebus se explicare & expedire. Quocirca in patriam reverti decreverunt. Per Longobardos vero, huic eorum consilio & sententiæ adversantes, non licuit. Tandem tamen præsidio Sigeberti Regis Franciæ, iis opitulantis, Longobardorum manum effugerunt, ad suosque veteres lares aliquot post annis appulerunt. Sed Rhenum cum contigissent, indeque patriam repetituri essent, a Suevis repulsi sunt, quos paulò supra hæc ipsorum loca occupasse asseruimus. Itaque & hic prælius difficilibus & magnis implicati sunt, quibus cum Suevis congressi, ad extremum cedere eos coegerunt, suaque recuperarunt. Quæ omnia fusius & latius in 2. Saxoniæ Krantzii, unde peti possunt, memorantur.

CAPUT

CAPUT XV.

De Westphalis.

POstulat nunc locus & temporis series me submonet, ut de westphalis dicatur. Horum namque nomen post omnium commemoratarum gentium memoriam percrebuisse constat, atque tanquam generalem appellationem ad hunc usque diem propagatam, neminem fugit. Quæ itaque ratio nominis sit, non alienum esset hîc exquirere, utrum ab externa gente allatum, vel in ipsis ejus finibus natum esset. Hæc quoniam sine principalis Saxonum distributionis cognitione & tractatione expediri non possunt, in Saxonicæ gentis primordiis, quo hæc etiam pertinere putamus, enucleatius & dilucidius perscrutabimur. Nam & nostram Saxonica antiquitus comprehensam, nemini ambiguum esse opinor. Restat igitur animum, ad plures colonos, si qui sint, proferendos, intendamus. Quamvis verò alii præterea superioribus adjungantur, tamen cum nihil explorati de iis haberi possit, brevior in iis perstringendis ero, duntaxat, si ita videatur, indicaturus.

Alanorum quondam in westphalia domicilia fuisse nos confiteri oporteret, si Gallici illius scriptoris, cujus *a* Krantius commeminit, probabile testimonium existimaremus, qui à fluvio Lano nomen illorum manasse arbitratur, scribit enim: *a Saxō. l. 1. c. 16.*
Valentinianus Cibaliensis ex filia Genebaldi Sicambrorū regis, quem alio nomine dicere Priamum, natus, pervenit ad Imperiū, Sicambrians, id est, Francs ab eo invitati sunt ad debellandos Saxones supra Lanū habitantes, (à quo fluvio sunt Alani dicti) in Oceani littore residentes supra Rhenum,

nem, qui Romanorum aliquando imperium incursabant, & quia debellari commodè non possent à Romanis ob paludes inaccessas, quibus se tutabantur, promisit, Si gens Sicambrorum dicta Saxones debellaret, quod tributo decennali laxarentur. Quid hoc sibi commentum velit planè non video. Sed est ejusmodi, quod ruditatem, inertiam, & vanitatem istius seculi perspicuè declaret, cum quæ ab aliis verè literis prodita essent, isti homines mirificè suis nugis afficerent, dedecorarent, & inquinarent. Legerat enim fortasse Orosii a locum: *Valentinianus Saxonum gentem in Oceani litoribus & paludibus inviis sitam, virtute atque agilitate terribilem, periculosam Romanis finibus eruptionem magna mole meditantem in ipsis Francorum finibus oppressit.* Ecce, quæ alter adfuit de Sicambrorum rege, de fluvio Lano, à quo Alanos dictos asseverat. Sed forsan hæc aliena sunt. Ineptus scriptor, si tam studiose Valentiniani historiam perlustravit, potuitne animadvertere, Alanos aliis in locis collocari, aliamque eorum pugnam cum Sicambris commemorari? Scribitur enim in Valentiniano: Eo regnante Alanos populos Septentrionales Borussis conterminos, contra Romanum imperium arma sumentes, post diutinas in imperii fines excursiones, a Sicambris oppressos, quo bello Sicambri sibi & posteris libertatem pepererunt: Haeccine observavit? Quid vero causæ putamus, quod Sicambri, id est, Franci eos refutarint? Certè non aliam quam, ut supra de Saxonibus docuimus, quod soli Galliam deprædari & incursare constituissent. Ab his Alanis fieri potest nomen oppidi diœcesis Monasteriensis Alen super esse, quod vel castra ibi posuerint, vel reliquiæ remanserint. Hoc itaque pacto dici possunt & Alani Westphalorum domicilia inhabitasse.

CAPUT

CAPUT XVI.

De Hunnis.

Similis ratio est, quod & Hunni inter westphaliæ colonos vulgò numerantur. Manifesta enim indicia & vestigia monstrari nequeunt, nisi quod conjectura probabile sit, illic aliquando commoratos. Quando in eam irruperint, non minus obscurum est. Nec enim quo tempore Attila Germaniam populatus, in Italia cum Aëtio Galliæ Narbonensis præside conflixit, Hunnicæ gentis agmen huc restitisse verisimile est. Nec quando longo post tempore Imperii summam in Germania Ludovico Quarto & Conrado Primo, tenentibus, innumera, ac barbara, immanique multitudine Hungari, tanto temporis intervallo intermissas vastationes redintegrârunt, Germaniamque miserè afflixerunt, enervârunt & lacerârunt. Donec tandem Henrici Aucupis Saxonis è Witekindi Angrivariorum, hoc est, westphaliæ principis prosapia ornandi virtute & industria huic malo remedium inventum est. Is enim Hungaros Germaniæ direptione necdum satiatos repressit, atque ad internetionem concidit; iidemque ejus posteri, Ottones præsertim excubârunt, ne postea in Germaniam, quod ante in ejus excidium ac perniciem experti fuerant, attentarent. E quibus tamen non videor mihi posse efficere, ut westphaliæ partem ullam ab illis excultam, vel in numerum colonorum adsciscendos. Mitto itaque, atque quo probetur ejus sententiæ autoribus relinquo.

L CA-

CAPUT XVII.

De Wendis sive Vandalis.

Finem voluminis Wendi afferent, quos imperitum vulgus Vandalos nuncupat. Hos enim indigenam Germaniæ
a l.4.c.14. gentem ex Plinio, a Tacito, b aliisque constat, illos ad-
b d.M.G. c.46. ventitiam & peregrinam, non minus liquidum est. Ac certè longè ante quam Sclavini Poloni veteres Vandalorum sedes occuparunt, ipsi cum Burgundis & Alanis in Galliam migrârant, inde in Hispaniam progressi fuerant, ex Hispania Gothorum injuria exacti, in Africa regnum illud nobilissimum constituerant. Ut propterea existimem nullas Sclavinis Polonis eorum reliquias permistas, quæ res huic appellationi occasionem dederit. Vel si quæ fuerint, à barbara & externa gente sine dubio extirpatas atque excisas. Henetorum itaque, quos Sarmatarum gentem maximam fuisse Ptolemæus
c l.4. Geo- c scribit, sobolem wendos crediderim, a quibus & Venetorum
g.c.11 nomen reliquum. Constat enim Sarmatas & Henetos veterem Germaniam ab ortu & Aquilone certatim captasse, prosperaque fortuna tandem Albim limitem, Saxoniæ contigisse expressisse. Quibus postea Sclavi, populus illis multo recentior, quippe cujus nomen primùm Mauritii dominatu percrebuit, se consociârunt, universamque Henetorum gentem quasi generali appellatione auxerunt. Sunt namque deinceps omnes Sclavi dicti. Hæc itaque tanta diversarum gentium multitudo, ubi antiqua illa Germania ad Albim usque potita esset, trans Albim etiam in Saxoniam suas deducere colonias molita est. Quæ res primum non processit, fortiter Carolo Magno, ejusque aliquot posteris ipsos propulsantibus, proque defensione limitis parti Imperii excubantibus. Ad

ex-

exterminum tamen non tantum in Saxoniam eorum agmina infusa, verum etiam pubes in westphaliam penetravit. Saxoniæ bonam partem eos tenuisse nemini ignotum est, & satis testantur reliquiæ passim in agris Lunebergensis ditionis & Marchiæ dispersæ, Wendorum nomine in hunc usque diem nuncupatæ. westphaliæ etiam agros ab iisdem cultos partium nostrarum est, (cum ad institutum pertineat) diligentius exquiramus ac comprobemus. Initio verò non in ejus meditullia irrupisse, sed ora ad ripam Visurgis (quo hæc à Saxonia discriminatur) consedisse argumento est, quod in comitatu Lippiensi (cujus & mea patria Lemgovia non ignobile oppidum est) pagus wendorum prope dictum limitem jacet. Qui tametsi linguam diuturna consuetudine vernaculam mutarint, atque nostratibus utantur, aliquid tamen innatæ illius feritatis & barbariei (de qua Bonifacius Moguntiacus Episcopus cum ait, *VVendas fœdissimum genus hominum*) repræsentant. Hos autem duce quodam Visurgim transgressos, à quo nobilis illa & fumosis imaginibus illustris gens wendorum in westphalia sit, quid dubitem non video. Perpetuò enim ab eo tempore pagus iste, cujus ante memini, qui amplus est, & aliquot vicos continet, servus huisce nobilibus fuit, ad novissimum usque hæredem Simonem de wendt, virum acrem, & strenuum, quo ante matrem, quæ fuit è familia Salderorum nobilium Brunsvicensium, vita functo, ad eam moribus westphalicis rediit, eaque demortua tanquam hæreditatem agnationis jure ad se delatam, nobiles Salderi adierunt, à quibus tamen superioribus huisce annis tutores impuberis comitis Lippiensis Simonis, Bernhardi filii, quicquid id juris fuit, sat largo pretio redemerunt. Tanta præterea nobilium istorum in hoc nostro comitatu fuit amplitudo & potestas, ut in civitate Lemgovia viam & portam obtinuerint, eorum nomen referentes. Ambę in occasum vergunt. Via palatiis & ędificiis

amplis ac splendidis fuit decorata, quę tamen jam, quia libentius sunt posterioribus temporibus in prędiis villisque habitarunt, deserta, quasi corruêrunt. Porta verò in hodiernum diem Sclavorum porta dicitur, à nostris, **die Sclaves-Porte**, ut vel ex eo definiri possit, non ex Vandalis, vel gentem indigenam esse, sed Sclavorum progeniem. Cum itaque & wendorum & Sclavorum nomen in patria nostra extet, non Vandalorum sed Venedorum Sclavinorum pubem in westphaliæ extremam ad Visurgin oram infusam, omnibus probari puto. Ceterum quos alii Sclavinos appellant, Germani wilcos vocabant, ipsi se Velatabos nominabant & winidas. Etsi verò multa Sclavorum genera produntur, amplissimi tamen fuere Venetorum seu windorum, quę appellatio iis tributa est, qui ad sinum Venedicum & mare Balthicum atque ad ostia Albis usque incoluerunt. Nam & horum nationes seu familię distinctę fuerunt, ut Vagri, Polabi, Obotriti, Pomerani, Cassubii &c. Ab his itaque sive windis sive Venetis propugnatos nostros in westphalorum agris weodos usque iratuo. Cum nimirum nomen ipsum in hunc usque diem conservarint. Qua opinione eousque se deportarint non disputo. Nemo enim non animadvertit, inexplebili cupiditate perpetuo gentes longius latiusque se diffudisse, ulterioraque occupasse.

Peroratio.

HÆc habui populares æquissimi & humanissimi, quæ de vetustis charissimæ patriæ Westphaliæ, cultoribus, literis mandanda, vobiscumq; communicanda censerem. Spero autem me ea diligentia & attentione undecunque collegisse & coegisse, ut

ut non facile alienam gentem, quæque nunquam eam lustraverit, in Westphaliam accersiverim, vel ullam, quæ meritò adscribenda, prætermiserim. Sed eruditiorum censuram non detrecto, vulgi verò obtrectationes nihil curò, parviq; pendo. Sic enim sentio, omnes qui veritatis studio ad scribendum inducuntur, tanto æquiore animo ferre aliorum reprehensionem debere, quanto certiorem fieri ex refutatione rerum, cognitionem intelligunt. At vulgi dicteria cum lubrica sint, nihilq;, nisi quod mordeant, quærant, de iis non valde laboro. Quod si spectatis & ingenuis hasce nostras lucubrationes operamq́ue probatum iri cognovero, est quod ad alia propediem accingar, & his posteriora monumenta nostræ patriæ in lucem edam, in quibus non minus jucunditatis & suavitatis insit.

F I N I S.

